CHRY. in ho. Cum christū denudassent ⁊ crucifixissent: vltra procedunt: ⁊ in cruce videntes affixum exprobrant ei. vnde dicitur: Pretereuntes autem blasphemabant eum mouentes capita sua. HIERO. Blasphemabant quidem qui pretergrediebantur viam: ⁊ in vero itinere scripturarum ambulare nolebant. Mouebant autē capita sua: quia iā ante mouerant pedes: ⁊ non stabāt supra petrā. Idipsum autē insultans dicit fatuus populus quod falsi testes cōfinxerāt. vnde sequitur: Et dicentes: Uah qui destruis templum dei: ⁊ in triduo illud reedificas. REMI. Uah iteriectio est insultantis siue irridentis. HYLA. Quid ergo venie erit cum post triduū reedificatū templum dei in corporis resurrectione cernetur. CHRY. in ho. Ut quasi priorib⁹ signis incipientes detrahere subiungunt: Salua temetipsum. si filius dei es: descende de cruce. CHRY. in ser. de passione. Sed econtrario quia filius dei est: ideo nō descēdit de cruce: nam ideo venit: vt crucifigeretur pro nobis. Sequitur. Similiter ⁊ principes sacerdotum illudentes cum scribis ⁊ senioribus dicebāt: Alios saluos fecit seipsum non potest saluum facere. HIERO. Etiam nolentes scribe ⁊ pharisei confitentur q̄ alios saluos fecerit. Itaq; vestra vos condemnat sententia qui enim alios saluos fecit: vtiq; si vellet seipsum saluare poterat. Sequitur. Si rex israel est descendat nūc de cruce ⁊ credimus ei. CHRY. in ser. de passione domini. Considera aūt nunc vocem filiorū diaboli quomodo imitantur vocem paternā. Diabolus enim dicebat: Mitte te deorsum si filius dei es: ⁊ iudei dicunt: Si filius dei es: descende de cruce. LEO papa: De quo erroris fonte iudei talium blasphemiarum venena potastis: Quis vobis magister tradidit: quę doctrina persuasit: q̄ illum regē israel: illum dei filium credere deberetis qui se aut crucifigi non sineret: aut a confixione clauorum liberum corpus excuteret: Non hoc vobis legis mysteria: aut prophetarū ora cecinerunt. Sed illud vere legistis: Faciem meam non anerti a confusione sputorum. Et iterum: Foderunt manus meas ⁊ pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. Nūqd legistis dñs discēdit ō cruce: ꝯ legistis dñs regnauit a ligno. RABA. Si aūt tūc de cruce surgeret insultātib⁹ cedēs: virtutē nobis patiētie nō demōstraret: si expectauit paululū: irrisionē sustinuit: q̄ de cruce surgere noluit: ō sepulchro resurrexit. HIERO. Fraudulēta aūt est p̄missio cui ad dūm: Et credim⁹ ei. Quid enī plus de cruce adhuc viuētem discēdere: an de sepulchro mortuū resurgere: Resurrexit: ⁊ si credidistis: q̄ etiā si de cruce discēderet nō crederetis. Sed mihi videt hoc demones imittere. Stati enim vt crucifixus ē dns: senserūt virtutē crucis: ⁊ itellexerūt fractas vires suas cē: ⁊ hoc agūt vt de cruce discēdat. Sed dns sciēs aduersariorū insidias pmanet in patibulo: vt diabolū ōstruat. Sequitur: Cōfidit in deo: liberet eū si vult. CHRY. i ho. O ingnati valde. Nunquid prophete: ⁊ iusti nō erāt q̄ eos nō eripuit a periculis de⁹: Si autem illorū glorie nō obfuit: q̄ eis pericula induxistis: multo magis in isto non oportebat vos scandaliçari per ea que patitur: quia semp per ea que dixit: hanc vestram remouit suspitionem. Sequitur: Dixit enī: quia filius dei sum. Per quod ostēdere volebant eum pati ob seductoris ⁊ erronei causam: ⁊ sicut superbum ⁊ vane gloriātem in his que dicebat. Sic ergo non solum iudei ⁊ milites desubtus eum deridebant: sed ⁊ desuper latrones cum eo crucifixi. vnde sequit. Idipsum aūt ⁊ latrones qui crucifixi erāt cū eo improperabāt ei. AVGV. de cōsen. euāgelistarū. Potest autē putari lucas repugnare ei quod hic dicit: qui dicit q̄ vnus de latronibus blasphemabat eum quē alter increpabat: nisi itelligam⁹ mattheum breuiter restringentes hunc locum pluralē numerū pro singulari posuisse: sicut in epistola ad hebreos legimus pluraliter dictū: clauserūt ora leonum: cū solus daniel significari intelligitur. Quid autem vsitatius q̄ vt aliquis dicat: En rustici mihi insultant: etiā si vnus insultet. Esset autem contrarius si matthe⁹ dixisset ambos latrones conuiciatos domino. Cum vero dictum est latrones: nec additū est ambo: potuit vsitato locutionis modo per pluralem numerum significari. HIERONI. Uel potest dici q̄ primum vterq; scilicet blasphemauerit: deide sole fugiente: terra cōmota: saxisq; diruptis: ⁊ ingruentibus tenebris vnus crediderit in iesum: ⁊ priorem negationem sequenti confessione emendauerit. CHRY. in ho. Ut enim non existimes ex quadam cōuenētia id gestum fuisse neq; latronem fuisse: qui latro videbatur a contumelia: ostendit tibi quoniam etiam in cruce positus latro erat ⁊ inimicus: ⁊ repente transmutatus est. HYLA. Ex aūt latrones ambo conditionem ei passionis exprobrant: vniuersis etiam fidelibus scandalum crucis futurum eē significat. HIERO. Uel in duobus latronibus vterq; populus gētilium ⁊ indeorum primo dominū blasphemauit: postea signorū multitudine alter exterritꝰ egit penitētiaꝫ ⁊ vsq; hodie iudeos increpat blasphemantes. ORIGE. Sed ⁊ latro qui saluat⁹ est pōt eē mysteriū eorū: qui post multas iniquitates crediderunt in christum.

¶ A sexta autem hora tenebre facte sūt sup vniuersam terrā: vsq; ad horam nonam. Et circa horā nonam clamauit iesus voce magna dicēs: Heli heli: lama zabathani. Hoc est: Deus meus: deus meus: vt quid dereliquisti me: Quidam autē illic stātes: ⁊ audictes dicebāt: Heliam vocat iste. Et continuo currens vnus ex eis acceptā spongiam iplenit aceto: ⁊ imposuit harundini: ⁊ dabat ei bibere. Ceteri vero dicebāt: Sine: videamus an veniat helias liberans eū. Jesus autem iterum clamans voce magna emisit spiritum.

CHRY. in sermone de passione. Non poterat ferre creatura iniuriam creatoris: vnde sol retraxit radios suos: ne videret impiorum facinora. Et ideo dicitur: A sexta autem hora tenebre facte sunt super vniuersam terram vsque ad horam nonam. ORIGENES. Ab hoc textu quidam calumniantur euangelicam veritatem. Defectio enim solis a seculo semper fuit in suo tempore facta. Sed defectio solis que fm consuetudinē temporum ita currentium fieri solet: non in alio tempore fit nisi in conuentu solis ⁊ lune quando luna subtus currens: solis impedit radios occurrentis ei. In tempore autem quo passus est christus: manifestum est quoniam conuentus non erat lune ad solem: quoniam tempus erat paschale quod consuetudinis est agere quando luna plena est. quidam autē credentius volentes defensionem aliquam inducere contra hoc dixerunt: quoniam illa defectio solis conuenienter fm cetera prodigia nova: cōtra consuetudinem facta est. DIONY. in epistola ad policarpum. Inopinabiliter. n. soli lunā icidentem videbam⁹. non enim erat conuentus tēporis: ⁊ rursus ipsam a nona hora vsq; ad vesperā ad dyametr̄ solis supernaturaliter restitutam: ⁊ vsque ad solarem terminum venientem postea regredientem: ⁊ rursus non ex eodem ⁊ defectum ⁊ repugnationē sed econtrario fm diametrū factā. CHRY. in homi. Tribus etiā horis tenebre permanserūt: cū eclypsis in momento trāseat. non enī habet morā vt sciūt illi qui cō siderauerūt. ORIGE. Sed aduersus hoc filij huius seculi dicunt. Quomodo hoc factum tam mirabile nemo greco rum: aut barbarorum scripsit eorum qui notauerunt: si quid tale nouum factum est aliquādo: Et plegon quidē i chronicis suis scripsit: in principatu tyberij cesaris factum: sed non signauit in luna plena. Arbitror ergo sicut cetera signa que facta sūt in passiōe ipsius: scilicet velum scissum: ⁊ terra tremuit: ⁊ cetera in hierusalem tantummodo facta sunt. Aut si latius voluerit quis extendere ad terram iudeam: sicut in tertio libro regum dixit abdias ad heliam: Uiuit de⁹ tuus: si est gens aut regnum: vbi non misit dominus meus querere te: ostendens quoniam satis eum in gentibus que fierat circa iudeam. Est autem consequentis itelligere quasdam tenebrositatis nubes ⁊ multas ⁊ magnas concurrisse super hierusalem: ⁊ terrā iudee. ⁊ ideo facte sunt tenebre profunde a sexta hora vsq; ad nonam. Due enim creature i sexta die facte fuisse intelliguntur: ante sextam quidem animalia: in sexta autem homo. ⁊ ideo conueniebat pro salute hominis moientem in hora sexta suspendi: ⁊ a sexta hora ppter hoc tenebras fuisse factas super omnem terram vsq; ad nonam. Et sicut moyse manus extendente in celum: facte sunt tenebre super egyptios: seruos dei tenentes in seruitute: similiter ⁊ christo in sexta hora manus extendente i cruce ad celum super populum qui clamauerat. Crucifige eum: facte sunt tenebre: ⁊ ab omni lumine sunt priuati: in signum futurarum tenebrarum: que comprehensure erāt gentem iudeam. Item sub moyse facte sunt tenebre super oēm terram egypti tribus diebus: omnibus autē filijs israel erat lumen. Sub christo autem facte sunt tenebre super omnem iudeam tribus horis: quoniā propter peccata sua priuati sūt a lumine dei patris ⁊ a splendore christi: ⁊ ab illuminatione spiritussancti. Lumen autem fuit super omnem reliquā terram: quod vbiq; illuminat omnem ecclesiam dei in christo. Et si vsq; ad horam nonā tenebre facte fuerūt super iudeā: manifestum est quoniam iterum eis lumen refulsit: qz cū plenitudo gentiū itrauerit: tūc oīs israel saluus fiet. CHRY. in homi. Uel aliter. Hoc admirandum erat: q̄ in omnē terram tenebre sunt facte: quod nunq̄ p⁹ contigerat. In egypto enim solum tenebre facte sunt: quando pascha perficiēdum erat. que enim tunc agebantur: horum typus erāt. Et intuere q̄ fiunt tenebre in media die quando vbiq; terrarum dies erat: vt omnes qui habitabant terram: hoc miraculum cognoscerent. Hoc autem est signū quod petentibus promittebat dare dicens. Generatio prava ⁊ adultera signum querit: ⁊ signum non dabitur ei: nisi signum ionę p̄phete crucem signans ⁊ resurrectionem. Eteniz multo mirabilius est in eo qui crucifixus erat hoc fieri: q̄ ambulante eo super terram. Hoc autē sufficiens erat eos cōuertere: non solum magnitudine miraculi: sz quia hoc gestū est postquā omnia locuti fuerant: que voluerant: ⁊ satietatez acceperant cōtumeliarum. Qualiter autem non admirati sunt vniuersi neq; estimauerunt euz esse deum: quia scilicet hominum genus tunc multa malitia ⁊ desidia detinebatur: ⁊ hoc miraculum factum cōfestim transyt ⁊ non nouerant q̄ eēt causa eius qō gerebat. Et propter hoc ipse postea loquitur vt ostendat se viuere: ⁊ q̄ ipse hoc miraculū fecit. vnde sequitur. Et circa horam nonam clamauit iesus voce magna dicens: Deli: beli: lama çabatani: Hoc est: Deus meus: deus meus: vt quid dereliquisti me: HIERO. Principio vicesimi primi psalmi vsus est. Illud vero quod est in medio, versiculi. Respice in me: superfluum est. legitur enī in hebreo. Deus meus deus meus: quare me dereliquisti: Ergo impij sunt: qui psalmum ex persona dauid siue bester et mardochei dictum putant: cum etiam euangeliste testimonio ex eo sumpta super saluatore intelligant: vt est illō: Diuiserunt sibi vestimenta mea: ⁊ foderunt manus meas.

CHRY. in homilia. Ideo autem emisit prophetica vocem: vt vsq; ad vltimam horam testimonium perhibeat vetus testamento: ⁊ vt videant quoniam honorat patrem ⁊ non est deo contrarius: ⁊ ideo hebraicam vocem emisit: vt eis fieret cognita ⁊ manifesta. ORIGE. Requirendum est autem: quid est q̄ a deo derelictus est christus. Et quidam quia non possunt exponere: derelinqui christum a deo: dicunt q̄ per humilitatem dictum est. Sed manifeste intelligere poteris quid sit quod dicit: faciens comparationē glorie illius quam habuit apud patrem: ad confusionē quā contemnens sustinuit crucem. HYLA. Per hec autem verba ingenia contendunt heretica: q̄ aut defecisse omnino deū verbum in animam corporis volunt: dum corpus officio anime viuificat: aut omnino nec fuerit christus homo natus: quia in eo dei verbum modo spiritus habitauerit p̄phetalis: quasi iesus christus anime soluz ⁊ corporis homo cōmunis. hoc habet sui exordium: quo esse cepit homo: q̄ nunc a dei verbo contracta rursum protectione desertus clamet: Deus meus: quare me dereliquisti: Uel certe i anima verbi natura mutata paterno christus i omnibus visus auxilio: nunc inops eius mortis permissus solitudinem suam conqueratur: relinquentēq; se arguat. Sed inter has impias infirmasq; sententias ecclesie fides imbuta apostolicis doctrinis non partit iesum christū ne filius dei: non ⁊ filius hominis intelligatur: nā querela derelicti morientis ifirmitas est. promissio aute paradisi viuentis dei regnū est. Dabes in conquerente ad mortē relictum se esse: q̄ hō est. Dabes cum qui mortē profitentē se in paradiso regnare: q̄ deus est. Nō ergo mireris verborū humilitatem ⁊ querimonias derelicti: cum formam serui sciens: scandalum crucis videas. GLO. Dicitur autē deus eum deseruisse in morte: quia potestati persequentiū eū exposuit: subtraxit enim protectionem: sed non soluit vnionē. ORIGE. Postquā aūt vidit super omnem terram iudeam tenebras: hoc dixit oīdere volēs: Dereliquisti me pater. idest talibus exinanitus calamitatibus tradidisti: vt populus qui fuerat apud te honoratus recipiat que in me auius est: vt priuetur a luminis tue prospectionis: sed ⁊ pro salute gētium dereliquisti me. Quid autem tam bonū fecerunt: qui ex gentibus crediderunt: vt precioso sanguine sup terram effuso pro eis emereō a maligno: Aut quid tale dignum facturi sunt hominēs: pro quibus patior ista: Forsitan autem ⁊ videns peccata hominum pro quibus patiebatur dixit: Quare me dereliquisti: vt fierē quasi qui colligit stipulā in messe: ⁊ racemos in vindemia. Non autem estimes humano more saluatorem ista dixisse propter calamitatez que comprehenderat eum in cruce. Si enim ita acceperis: non audies magnā vocem eius que ostendit aliquid esse magnum absconditū.

RABANVS. Uel saluator hoc dixit: nostros circunferens motus. qui in periculis positi a deo deseri nos putamus. Humana enim natura propter peccatum a deo fuerat derelicta: sed quia filius dei factus est noster aduocat⁹: quorum suscepit culpam. deplorat miseriam: in quo ostendit quantum flere debeant qui peccant: quando sic fleuit qui nunquam peccauit. Sequitur: Quidam autem illic stātes ⁊ audientes dicebant: Helyam vocat iste. HIERO. Non omnes: sed quidaz quos arbitror milites fuisse romanos: non intelligentes hebraici sermonis proprietatem: sed ex eo qō dixit: Hely hely: putant helyam ab eo invocatum. Sin autem iudeos qui hoc dixerint intelligere voluerimus: hoc more sibi solito fecisse: vt dominuz imbecillitatis infamentꝫ helye auxiliū deprecet. Sequit: Et protinus currens vnus ex eis: acceptam spongiam impleuit ace-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

to ⁊ imposuit arundini: ⁊ dabat ei bibere. AVGV. in ser. de passione: Sic ergo propinator fontiū potatur aceto: mellis dator cibatur felle: flagellatur remissio: ꝯdemnatur venia: illuditur maiestas: ridet͂ virtus: profundit͂ largitor imbriū sputis. HYLA. Est aūt acetū vinū qđ per vitiū aut īcurie aut vasis accescit: vinū aūt est honor immortalitatis aut virtus. Cū igitur in adā coacuisset: ipe accepit ⁊ potauit ex gentibus. In calamo enim ⁊ spongia vt potaret offertur .i. ex corpib⁹ gentiū in se ad ꝯmunionē imortalitatis ea que in nobis erāt vitiata trāsfudit.. REMI. Uel aliter: Judei acetū erāt degenerātes a vino patriarcharū ⁊ prophetarū: habebāt fraudulēta corda: quasi spōgiā cauernosis atqꝫ tortuosis latibulis. per arundinē designat͂ sacra scriptura: que in hoc facto iplebatur. sicut.n. lingua hebrea vel greca dicitur loquela q̄ fit p linguā: sic ⁊ arūdo dici posset lr̄a vel scriptura que in hoc facto iplebatur: que fit p arūdinē. ORIGE. Et forsitā qcunqꝫ sm̄ doctrinā ecclesiasticā sapiūt: viuūt āt male: dant ei vinū bibere felle ꝑmixtū. Qui aūt alienas a veritate sentētias applicāt christo: quasi eas dicenti: hi spongias implētes aceto iponūt calamo scripture: ⁊ offerunt ori eius. Sequit͂: Ceteri vero dicebāt: Sine: videam⁹ an veniat helyas liberans eum. RABA. Quia.n. milites praue sonū vocis dominice intelligebant: ideo inaniter aduentū helye expectabāt. Deū ergo quē saluator hebraico sermōe īuocabat: inseparabiliter semp secū habebat. AVGV. in ser. de passiōe: Cū ergo nil iā xp̄o restaret ex penis: mors morat͂: quia suū esse ibi nil sentit. Suspecta est vetustati nouitas. Hūc primū hūc solū vidit hoiē peccati nescium: noxa liberū: iuris sui legib⁹ nil debentē: Accedit tamen cōfederata iudaico mors furori: ⁊ desperata vite iuadit auctorē. vnde sequit͂: Jesus autem iterū clamans voce magna emisit spiritū. Quare aūt displicet si christ⁹ de sinu patris ad nostrā seruitutē venit: vt nos sue redderet libertati: nostrā mortē suscepit: vt nos eius morte liberemur: q̄ndo nos despectu mortis mortales in deos rettulit: terrenos celestibus estimauit. Quantū.n. diuina virtus operū contemplatione lucebat: tantum pati pro subiectis: p seruis mori insigne est charitatis imēse. Ergo hec prima cā ē dominice passionis: qr sciri voluit q̄ntum amaret homines deus: qui plus amari voluit q̄ntum timeri. Secunda causa ē vt sententiā mortis quā iuste declarat: iustius aboleret. Qr nāqꝫ prim⁹ homo adiudicante deo: de reatu incurreret mortē: ⁊ eam transmisit ad posteros: venit de celo secūdus homo peccati nescius: vt mors damnaretur: que rapere iussa reos innocentie ipsum inuadere presumpsit auctorē: Nec mirandū est si pro nobis posuit quod suscepit a nobis. s. animā qui propter nos fecit tanta: ⁊ talia largitus est nob. AVGV. contra felicianum: Absit enim a fidelibus ista suspitio: vt sic christus senserit mortem nostram: vt quantū in se est vita perdat vitam. Nam si hoc ita esset: quomodo illo triduo potuisse dicimus aliquid viuere: si vite fons dicit͂ aruisse: Sensit igit͂ mortē deitas christi participatione humana: siue humani affectus: quē sponte susceperat: non nature sue potentiam pdidit: per quam cuncta viuificat. In morte enī nostra sine dubio destitutū corpus vita aīam nostrā non perimit. dum discedens anima non vim suā perdit: sꝫ quod viuificauerat hoc dimittit: ⁊ quantum in se est: alterius mortem facit: ipsa non recipit. De saluatoris nunc anima dicemus qui vt non dicam propter inhabitantem diuinitatem ⁊ propter iusticiam singularem: certe ꝑpter cōmunem moriendi sortē corpus illo triduo sic potuit deserere: vt ipa nō posset penitus interire. Credo enim dei filium mortuum esse non sm̄ penam iniusticie quā ex toto non habuit: sed sm̄ legem nature: quam pro humani generis redēptione suscepit. DAMASCENVS. Etsi tamen mortuus ē vt homo: ⁊ sancta eius anima ab incontaminato diuisa est corpore: sed tamen deitas inseparabilis ab vtrisque permansit: ab aia dico et corpe. Et neqꝫ vna ita hypostasis i duas diuisa est. corp⁹ enim ⁊ aia sic a pncipio in vbi hypostasi hūerūt existentiam etiam in morte. Neqꝫ enim anima neqꝫ corpus propriā hūerunt hypostasim pter hypostasim verbi. HIERO. Diuine aūt ptatis indiciū ē emittere spiritū. ⁊ vt ipe quoqꝫ dixerat. Nemo pōt tollere aiam meā a me: sed ego pono eā ⁊ iterū sumo eā. Spiritū enī in hoc loco p aia intelligamus. Sed qđ vitale aut spūale corpus faciat seu ꝙ ipsius aie suba spiritus sit: iuxta id qđ scriptum est. Auferes spm̄ eorū ⁊ deficiēt. CHRY. in ho. Propter hoc aūt ⁊ voce magna clamauit: vt ostēdatur quoniā sm̄ eius potestatē id gerit͂. Per hoc.n. ꝙ moriens vocem emisit magnā: apertissime se verū deū eē ostendit: quoniā hoies cū moriunt͂: vix tenuē vocē emittere possunt. AVGV. de con. euan. Quid aūt voce magna dixerit: lucas declarauit: dixit enim Et clamās iesus voce magna ait: Pater in manus tuas cōmēdo spm̄ meū. HYLA. Uel spiritū cū clamore magne vocis emisit: dolēs nō se omnia peccata portare.

¶ Et ecce velū tēpli scissū est i duas ptes: a summo vsqꝫ deorsū: Et terra mota est: ⁊ petre scisse sunt: ⁊ monumēta apta sunt: ⁊ multa corpora sanctorū qui dormierant surrexerūt. Et exeuntes de monumētis post resurrectionē eius venerūt in sanctā ciuitatem ⁊ apparuerūt multis. Centurio āt ⁊ qui cū eo erāt custodiētes iesum: viso terremotu: ⁊ his que fiebāt timuert valde dicētes. Uere filius dei erat iste. Erant aūt ibi mulieres multe a lōge: que secute erāt iesū a galilea ministrātes ei: iter quas erat maria magdalene: ⁊ maria iacobi: ⁊ ioseph mr̄: ⁊ mater filiorū zebedei.

ORIGE. Magna facta sunt ex eo ꝙ magna voce clamauit iesus. vnde sequitur: Et ecce velum templi scissū est in duas partes a summo vsqꝫ deorsum. AVGV. de cōcor. euange. In quo satis ostendit tunc esse scissum cum emisit spiritū. Si autē non addidisset: Et ecce simpliciter dixisset: Et velum templi scissum est. incertū esset vtrum ipse ⁊ marcus hoc recapitulando cōmemorassent: lucas aūt ordinem tenuisset: qui cum dixisset: Sol obscuratus est. ꝯtinuo subiungendū estimauit: Et velum tēpli scissū est: An lucas recapitulasset: quod illi ordine posuissent. ORIGE. Duo autem fuisse vela intelliguntur: vnū quod velat scā scōrū: aliud exterius siue tabernaculi siue templi. In passione ergo domini saluatoris: velum quod erat a foris conscissū ē a sursum vsqꝫ deorsum: vt ab initio mundi vsqꝫ ad finē consisso velamine: mysteria publicantur: que vsque ad aduentum domini rationabiliter fuerunt occultata. Cum autem venerit quod perfectum est: tunc auferetur etiam secundū velum vt videamus etiam que interius sunt occulta: scilicet veram arcam testamenti. ⁊ sicut ipsa se habet natura videamus cherubin ⁊ alia. HYLA. Uel ideo velum templi scinditur: quia exinde populus est diuisus in partes: ⁊ veli honor cum custodia angeli protegentis aufertur. LEO papa in sermone de passione. Est autem ad testimoniū venerande passionis sufficiens signum elementorū inordinata turbatio. vnde sequitur. Et terra mota ē: ⁊ petre scisse sunt: ⁊ monumenta aperta sunt. HIERO. Nulli enim dubium est quid significet iuxta litteram magnitudo signorū: vt crucifixum dominum suum ⁊ celū ⁊ terra omnia demōstrarent. HYLA. Mouetur terra: qr capax huius mortui esse non poterat: petre scisse sunt: oia enī valida ⁊ fortia penetrās di vbū ⁊ potestas eterne vtutis irrupat: Et monumenta apta sunt: erāt enī mortis claustra reserata. Seqt͂:

Et multa cor. sanc. q dormi. fur. Illuminans enim mortis tenebras: ⁊ infernorū obscura collustrans: mortis spolia ꝯtrahebat. CHRY. i ho. Ipso qdē in cruce manēte eū irridentes dicebāt. Alios saluos fecit: seipm nō pōt saluū facere: ⁊ qđ in se facere noluit: in seruorū corpib⁹ cū multa supabundātia ꝯmōstrauit. Si.n. q̄triduanū lazarū exurgere magnū fuit: multo magis eos repēte: qui oli dormierāt apparere viuētes: qđ future resurrectōis erat idiciū: vt aūt nō putaret͂ eē phantasma qđ factū ē: euāgelista subiūgit: Et exeū. ō monu. post resurre. eius ve. i san. ciui. ⁊ appa. mul. HIERO. Quō aūt lazarus mortu⁹ resurrexit: ⁊ sic multa corpa scōrū resurrexerūt: vt dnm ostēderent resurgentē: ⁊ tn̄ cū monumēta apta sunt: nō an̄ resurrexerūt: q̄ resurgeret dn̄s vt eēt pmogenitus resurrectōis ex mortuis: sanctā aūt ciuitatē in qua visi sunt resurgētes: aut hierlm̄ celestē itelligam⁹: aut hāc terrenam que ante scā fuerat: scā.n. appellabat͂ ciuitas hierusalē: pp templū ⁊ sancta scōrū: ⁊ ob distinctionē aliarū vrbiū: in qbus ydola colebant͂. Qn̄ vero dr̄: Apparu. mltis. onditur nō gnālis fuisse resurrectio q̄ oibus apperet: sꝫ spālis ad plurimos: vt hi viderēt: q cernere merebāt͂: REMI Queret aūt aliqs qd de illis factū sit q resurgēte dn̄o surrexerūt: Credēdū qppe ē quoniā iō surrexerūt: vt testes eēnt dn̄ice resurrectiōis: Quidā aūt dixerūt ꝙ iterū mortui sūt: ⁊ in cinerē cōuersi: sicut ⁊ lazar⁹ ⁊ ceteri quos dn̄s resuscitauit. Sed istorū dictis nullo modo ē fides accōmodāda: qm̄ maius illis eēt tormētū q surrexerūt si iterū mortui eēnt: q̄ si nō resurgerēt. Incūctāter ergo credere debem⁹: qr q resurgēte dn̄o a mortuis resurrexerūt: ascendēte eo ad celos ⁊ ipsi pariter ascēderūt: ORIGE. Sp āt h eadē magna quotidie fiūt: velum enim tēpli ad reuelandū que intus habent͂ scinditur sanctis. Terra etiā mouet͂. i. omnis caro nouo verbo ⁊ nouis reb⁹ sm̄ nouū testamētū. Petre aūt scindūt͂: qr mysteriū fuerūt ꝓphetarum: vt in pfundis eorū posita spūalia mysteria videamus. Monumēta autē dicunt͂ corpora peccatricū aiarū. i. mortuarū deo: cum aūt p grām dei anime huiusmodi fuerit suscitate: corpora eorū que prius fuerūt monumenta: fiunt corpora sanctorū: et viden͂ a seipsis exire: ⁊ sequuntur eum qui resurrexit: ⁊ in nouitate vite ambulant cum eo. Et qui digni sunt habere conuersationem in celis i grediunt͂ in sanctam ciuitatē p singula tēpora ⁊ apparent multis vidētibus opera bona ipsorū. Sequit͂. Cēturio autē ⁊ q cū eo er. cus. ie. viso terremotu ⁊ his q̄ fie. ti. val. di. ve. fi. dei er. iste. AVGV. de con. euange. Non est contrarium ꝙ mattheus viso terremotu dicit admiratum centurionē ⁊ eos qui cū eo erant: cū lucas dicat hoc admiratū: ꝙ emisisa magna voce expirasset. In eo.n. ꝙ mattheus nō solū dixit. Uiso terremotu: sed ēt addidit: His q̄ fiebant integrū locum fuisse demonstrauit luce: vt diceret centurionem: ipsam domini mortem fuisse miratum: quia ⁊ hoc inter illa est que tunc mirabiliter facta erant. HIERO. Ex hoc cōsiderandum ꝙ centurio in ipso scandalo passionis vere dei filium confiteat͂: ⁊ arrius in ecclesia predicet creaturam.

RABA. Unde merito per centurionē fides ecclesie designat͂: que vo mysteriorū celestiū p mortē domini reserato: continuo iesū ⁊ vere iustū hominē, ⁊ vere dei filiū synagoga tacente confirmat. LEO pa. i ser. de pas. Exēplo igit͂ centurionis contremiscat in redēptoris sui supplicio terrena suba: rūpat͂ infideliū mētiū petre: ⁊ qui mortalitatis grauabātur sepulchris: discussa obstaculorū mora prosiliāt: appareant nūc quoqꝫ in ciuitate sācta. i. ecclesia dei future resurrectionis indicia: ⁊ quod credendum est in corporib⁹: fiat in cordibus. Sequit͂. Erant autem ibi muli. mul. a lon. que secute erāt ie. a gali. mi. ei. HIERO. Cōsuetudinis enim iudaice fuit: nec ducebatur in culpam more gentis antique: vt mulieres de substantia sua victum atqꝫ vestitū preceptoribus ministrarēt. hoc: qr scādalū facere poterat in gentib⁹: paul⁹ abiecisse se memorat. Ministrabāt āt dn̄o de substātia sua: vt meteret illarū carnalia cui⁹ ille metebāt spiritualia: nō qr idigebat cibis dn̄s creaturarū: sꝫ vt typū onderet magistrorū: qr victu atqꝫ vestitu ex discipulis deberēt eē ꝯtēti. Sꝫ videam⁹ q̄les comites habuerint. Sequit͂.n. Inter quas erat maria mag. ⁊ ma. iaco. ⁊ ioseph mr̄ ⁊ mr̄ filiorū zebedei. ORIGE. Apō marcū aūt tertia illa salome appellat͂. CHRY. i ho. He aūt mulieres ꝯsiderabāt q̄ gerebant͂: q̄ maxie erāt ꝯpassibiles: ⁊ q̄ seqbant͂ ministrātes vsqꝫ ad picula affuerūt: maximā fortitudinē ondētes: qr cū discipuli fugerūt: ipse affuerūt. HIERO. cōtra heluidiū. Ecce ingt heluidi⁹ Jacob⁹ ⁊ ioseph sunt filij Marie mr̄is dn̄i: quos iudei appellauerūt frēs xp̄i. Dicit aūt iacobi minoris ad distictionē iacobi maioris: q erat fili⁹ zebedei. Impiū.n. dicit eē heluidi⁹ hoc sentire de maria: vt cū alie femine ibi fuerint; mr̄em eius abesse dicam⁹. aut alterā eē mariā nescio quā ꝯfingamus: psertim cū euāgeliū ioānis testet͂ eā illic fuisse psentē. O furor cec⁹ ⁊ i ꝓpriū exitiū mens vesana: audi qd ioānes euā. dicat. Stabāt iuxta crucē iesu mr̄ ei⁹ ⁊ soror mr̄is ei⁹: maria cleophe: ⁊ maria magdalene. Nulli dubiū ē duos fuisse aplos iacobi nūcupatos vocabulo: iacobū zebedei: ⁊ iacobū alphei. Iste autē nescio qs minor iacobus quē marie filiū scriptura ꝯmemorat. Si apls ē alphei fili⁹ erit. si nō ē apls: sꝫ terti⁹ nescio qs iacobus quō putād⁹ ē fr̄ dn̄i: ⁊ quō terti⁹ ad distinctionē maioris minor appellabit͂: cū maior ⁊ minor nō iter tres: sꝫ iter duos soleāt hbere distātiā: ⁊ frater dn̄i apls sit: paulo dicēte. Aliū aplorū vidi neīnē: nisi iacobū frēm dn̄i. Ne āt hūc iacobū putes filiū zebedei: lege act⁹ aplorū: iā ab herode fuerat interēptus. Restat ꝯclusio: vt maria ista q̄ iacobi minoris scribit͂ mr̄: fuerit vxor alphei: ⁊ soror marie mr̄is dn̄i: quā mariā cleophe ioānes euā. cōmemorat. Si āt ide tibi alia atqꝫ alia videt͂: ꝙ alibi dicat͂ maria iacobi minoris mr̄: ⁊ alibi maria cleophe: disces scripture cōsuetudinē eūdē hoiē diuersis noibus appellari: sicut raguel socer moysi ietro dicit͂. Et silr̄ dr̄ maria cleophe vxor alphei. hec eadē dicta est maria mater iacobi minoris: q̄ si mater esset dn̄i: magis eam vt in oibus locis matrem alteri⁹ voluisset intelligi. verū ⁊ si alia fuerit maria cleophe: ⁊ alia maria iacobi ⁊ ioseph mater h tamen cōstat non eandē mariam iacobi ⁊ ioseph esse quā matrem domini. AVGV. de con. euan. Possemus autē dicere alias mulieres a longe: vt tres euangeliste dicunt: ⁊ alias iuxta crucē fuisse: vt ioannes dicit: vbi mattheus ⁊ lucas mariā magdalene noiassent. iter stātes lōge: quā. s. ioānes noiauit iter stātes iux͂ crucē. Quō āt h itellr̄: nisi qr eo iteruallo erāt. vt ⁊ iux͂ dici possent qr i ꝯspcū ei⁹ psto aderāt: ⁊ a lōge i ꝯpatōe turbe ꝓpinqus circūstātis cū cēturione ⁊ militib⁹. Possumus ēt itelligere: ꝙ ille q̄ simul aderāt cū mr̄e dn̄i: postq̄ eā discipulo cōmēdauit: abire iā cepant: vt a dēsitate turbe se exuerēt: ⁊ cetera q̄ fcā sunt longi⁹ ituerent͂: vt euāgeliste q post mortē dn̄i eas ꝯmemorauerunt: ⁊ longe stantes cōmemorent:

¶ Cū aūt sero factū eēt venit qdā hō diues ab arimathia: noie ioseph: q ⁊ ipe discipul⁹ erat iesu. h accessit ad pilatū ⁊ petijt corp⁹ iesu. Tūc pilat⁹ iussit reddi corp⁹. ⁊ accepto corpe ioseph iuoluit illud i syndōe mūda: ⁊ posuit illō i monumēto suo nouo: qđ exciderat i petra: Et aduoluit saxū magnū ad ostiū monumēti ⁊ abijt. Erāt āt ibi maria magdalene ⁊ altera maria sedētes ꝯtra seplchrū.

GLO. Postq̄ euāgelista rettulerat ordinē dn̄ice passiōis ⁊ mortem: nunc agit de eius sepultura dicens. Cum sero āt factū eēt venit qdam homo diues ab arimathia nomine ioseph: qui ⁊ ipse discipulus erat iesu. REMIGI. Arima

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

thia āt ipſa eſt ⁊ ramatha ciuitas helcane ⁊ ſamuelis: q̄ ſita eſt in regiōe chananitica iuxta dioſpoliꝫ. Jſte aūt ioſeph ſꝫ ſeculi ſtatū magne fuit dignitatis: ſed multo maioris meriti apud deū fuiſſe laudat̄: ſiquidē iuſtus fuiſſe deſcribitur. Decebat qppe eū talē exiſtere qui corpus domini ſepeliret: quaten⁹ ꝑ iuſticiā meritoꝝ dign⁹ cēt tali officio. HIERO. Diues aūt refert̄ nō de iactātia ſcriptoris: quo virū nobileꝫ atqꝫ ditiſſimū referat ieſu fuiſſe diſcipulū. Sed vt oſtēdat cauſaꝫ quare a pylato corpus chriſti potuerit īpetrare. Sequitur. Hic acceſſit ad pilatū ⁊ petyt corp⁹ ieſu. Pauperes enī ⁊ ignoti nō eſſent auſi ad pilatū preſidē Romane poteſtatis accedere: ⁊ crucifixi corpus impetrare. Jn alio auteꝫ euangelio ioſeph iſte bulites appellat̄ .i. cōſiliarius: ⁊ de ipſo quidē putāt primū pſalmū fuiſſe cōpoſitū: Beatus vir q nō abyt in cōſilio impioꝝ ⁊c. CHRY. in hom. Jnſpice aūt huius viri fortitudinem: in mortis enim periculum ſe tradidit inimicitias ad omnes aſſumens: propter beniuolentiaꝫ chriſti: ⁊ non ſolum audet corpus chriſti petere: ſed ⁊ ſepelire. vnde ſequitur: Et accepit corpus Jeſu ⁊ inuoluit illud in ſindone munda. HIERO. Ex ſimplici ſepultura domini ambitio diuitum condemnatur: qui nec in tumulis quidem poſſunt carere diuitys. Poſſumus aūt iuxta intelligētiaꝫ ſpiritualē ⁊ hoc ſentire: ꝙ corpus domini non auro: nō gēmis: non ſeryco: ſed linteamine puro obuoluēdū ſit: quāqꝫ ⁊ hoc ſignificet: ꝙ ille in ſindone munda inuoluit Jeſuꝫ: qui pura mente euꝫ ſuſceperit. REMI. Uel aliter. Quia ſindon lineus pannus eſt: linū aūt ex terra procreatur: ⁊ cū magno labore ad candorē producitur: deſignatur: qꝛ corp⁹ illius quod ex terra .i. ex virgine ſumptū ē: per laborem paſſionis peruenit ad candorem immortalitatis. RABA. Hinc etiaꝫ eccleſie mos obtinuit vt ſacrificium altaris nō ſerico neqꝫ in pāno tīcto: ſed in lino terreno celebretur: Ut a beato papa ſiluestro legimus eſſe ſtatutū. Seqtur: Et po. illud in mo. ſuo no. quod exciderat in petra. AVGV. in ſermone de ſabbato ſancto. Jdeo autē ſaluator in aliena ſepultura ponitur: quia pro aliorum moriebatur ſalute: vt qd ergo in propria ſepultura qui in ſe mortem propriam nō habebat: vt quid illi tumulus in terris: cuius ſedes manebat in celis: vt quid illi ſepultura propria qui tridui tm̄ temporis ſpacio in ſepulchro non tam mortuus iacuit: qꝫ velut in lectulo conquieuit: Sepulchruꝫ autē mortis eſt habitaculum: Neceſſarium ergo non erat mortis habitaculū chriſto: quia vita eſt: nec opus habebat ſemper viuens habitaculo defunctorum. HIERONI. Jn nouo auteꝫ ponitur monumento ne poſt reſurrectionem ceteris corporibus remanētib⁹ ſurrexiſſe ali⁹ fingeret̄: Pōt aūt ⁊ nouuꝫ ſepulchrum: marie virginalē vteꝝ demōſtrare. Jn monumento aūt exciſo in petra conditus eſt: ne ſi ex multis lapidib⁹ edificatū fuiſſet ſuffoſſis tumuli fundamētis ablatus furto diceret̄. AVGV. in ſer. de ſabbato ſancto. Si etiam ſepulchrum fuiſſet in terra: dicere poterāt: ſuffoderūt terraꝫ ⁊ furati ſunt eum. Si fuiſſet lapis paruulus ſuppoſitus: dicere poterāt: dormiētib⁹ nobis tulerūt eū. vnde ſeqt̄. Et aduol. ſax. ma. ad oſt. monu. ⁊ abyt. HIERO. Saxū enī magnū appoſitū oñdit: nō abſqꝫ auxilio plimoꝝ ſepulchꝝ potuiſſe reſerari. HYLA. Myſtice aūt ioſeph apoſtolorū habet ſpēm: hic in munda ſindone corpus inuoluit: ⁊ quidē in hoc eodē linteo reperimus de celo ad petꝝ vniuerſoruꝫ animātium genera ſubmiſſa. ex quo intelligitur ſub lintei illius nomine conſepeliri chriſto eccleſiam. Domini ergo corpus infertur in vacuam ⁊ nouam requiē lapidis exciſi: quia per apoſtolorum doctrinaꝫ ipetus duritie gentilis quodam doctrine opere exciſum chriſtus infertur: rude. ſ. ac nouum: ⁊ nullo antea ingreſſu timore dei peruium: ⁊ quia nil preter eum oporteat in pectora noſtra penetrare: lapis oſtio aduoluitur: vt quia nullus antea in nos diuine cognitionis auctor fuerat illat⁹: nullus abſqꝫ eo poſtea iferatur. ORIGE. Non autem fortuito ſcriptum eſt: quoniā inuoluit corpus in ſyndone mūda: ⁊ poſuit in monumēto nouo: ⁊ ꝙ aduoluit lapidē magnū: quoniā oīa que ſunt circa corp⁹ ieſu mūda ſūt ⁊ noua ⁊ oīa magna valde. REMI. Poſtqꝫ aūt corp⁹ dñi ſepultū ē: ceteris ad ꝓpa remeātib⁹: ſole mlieres q̄ eū artius amauerūt pſeuerauerunt: ⁊ diligēti cura notauerunt locū in quo corp⁹ dñi poneret̄: quatenus ꝯgruo tpe munus ſue deuotōis ei offerrēt. ⁊ iō ſequit̄: Erāt āt ibi ma. mag. ⁊ altera ma. ſe. cō. ſepulchrū. ORIGE. Mater āt filioꝝ zebedei nō ſcribit̄ ſedere cōtra ſepulchrum: forſitā .n. vſqꝫ ad crucē puenire potuit. Jſte aūt quaſi maiores in charitate: neqꝫ hiis q̄ poſtea geſta ſunt defuerunt. HIERO. Uel ceteris relinquētibus dominū mulieres in officio perſeuerant: expectātes qđ ꝓmiſerat ieſus. Et iō meruerunt ꝑme videre reſurrectionē: quia q pſeuerauerit vſqꝫ in fineꝫ hic ſalu⁹ erit. REMI. Or vſqꝫ hodie ſancte mulieres .i. humiles aīe ſanctoꝝ: in hoc ſeclō faciūt. ⁊ pia curioſitate attēdunt queādmodū paſſio xpi cōpleta ſit.

¶ Altera aūt die q̄ eſt poſt paraſceuen: conuenerunt principes ſacerdotū ⁊ phariſei ad pilatum dicētes: domine recordati ſumus: quia ſeductor ille dixit adhuc viuens: poſt tres dies reſurgaꝫ. Jube ergo cuſtodiri ſpulchrū vſqꝫ in diē tertiuꝫ ne forte veniant diſcipuli eius ⁊ furētur eū: ⁊ dicant plebi ſurrexit a mortuis: ⁊ erit nouiſſim⁹ error peior priore. Ait illis pilat⁹: Habetis cuſtodiam: ite cuſtodite ſic̄ ſcitis. Jlli aūt abeūtes munierūt ſepulchꝝ ſignantes lapideꝫ cū cuſtodibus.

HIERO. ī ho. Non ſuffecerat ꝑncipib⁹ ſacerdotū crucifixiſſe dñm ſaluatorē: niſi ſeplchꝝ cuſtodirēt ⁊ qꝫtū in illis ē: man⁹ iponerēt reſurgēti. vñ dr̄: Altera aūt die q ē poſt paſceuen ⁊c. RABA. Paraſceue dr̄ ꝑparatio. H noīe vocat̄ ſexta ſabbati: in q̄ ꝑparabāt neċia ſabbato: vt de manna dictū ē. Sexta die colligetis duplū. qꝛ .n. ſexta die fact⁹ ē hō: ī ſeptīa die reqeuit de⁹: iō ſexto die ieſus ꝓ hoīe morit̄: ⁊ ī ſabbato qeuit ī ſepulchro. HIERO. Principes āt ſacerdotū lꝫ imenſū facin⁹ in nece dñi ꝑpetrauerint: tñ nō ſufficit eis: niſi ēt poſt mortē ei⁹ ꝯcepte neqtie virus exerceāt: famā ei⁹ lacerātes: ⁊ quē īnocētē ſciebāt: ſeductorē vocant. vnde dicūt. Dñe recor. ſumus qꝛ ſeductor ille dixit ⁊c. Sicut āt cayphas ignorans ante ꝓphetauerat dicēs: Expedit vnū hominē mori ꝓ populo ⁊ nō tota gens peat: ſic ⁊ modo: ſeductor enim erat chriſt⁹: nō a vitate in errorem mittēs: ſed a falſitate in veritatē: a vitys ad virtutes: a morte ad vitā ducēs.

REMI. Ex hoc autem dicunt eum dixiſſe ꝙ poſt tres dies reſurgam: qꝛ dixerat: Sicut fuit ionas trib⁹ diebus: ⁊ tribus noctibus in ventre ceti ⁊c. Sed vidēdū quomodo poſt tres dies reſurrexerit. Nōnulli voluerunt tres horas tenebrarum vnam intelligi noctem: ⁊ lucem que ſecuta eſt tenebras diem: ſed hi vim figurate locutionis ignorauerunt. Figurate enim ſexta feria qua paſſus eſt comprehendit noctem precedentem. Sequitur autem nox ſabbati cum ſuo die: nox vero dominici diei comprehendit ſuum diē: ac per hoc verꝝ eſt ꝙ poſt triduum reſurrexit. AVGV. in ſer. d paſ. Jdeo autem poſt tres dies reſurrexit: vt in paſſione fily totius trinitatis monſtraretur aſſenſus: triduum enim legitur in figura: quia trinitas que in pricipio fecerat hominem: ipſa in fine hominem per chriſti reparat paſſionē. Sequitur: Jube ergo cuſtodiri ſepulchrū vſqꝫ in tertium diē.

RABA. Diſcipuli .n. chriſti fures ſpiritualiter erāt: qꝛ ab ingratis iudeis ſcripta noui ⁊ veteris teſtamenti ablata in vſuꝫ ecclie cōferebāt: ⁊ ſaluatorē q eis ꝓmiſſus fuerat: illis nocte dormientibus: hoc eſt infidelitate torpentibus abſtulerūt: gētib⁹ credēdū tradētes. HYLA. Metus furandi corpis ⁊ ſeplchri cuſtodia atqꝫ obſignatio: ſtultitie atqꝫ infidelitas teſtimoniū ē: ꝙ ſignare ſepulchꝝ eius voluerūt: cuius ꝑcepto cōſpexiſſent de ſepulchro mortuū ſuſcitatuꝫ.

RABA. Jn hoc aūt ꝙ dicūt: Et erit nouiſſim⁹ error peior priore. ignorāter verꝝ dicūt. Peior .n. fuit cōtēptus penitētie in iudeis: qꝫ error ignorātie. CHRY. ī ho. Uide ēt q̄liter nolētes cōcertāt ad demrandā vitatē. irrefragabilis .n. demratio reſurrectōis fcā ē ꝑ ea q̄ ꝓtenderūt: qꝛ .n. cuſtoditū ē ſepulchꝝ: nulla fraus facta eſt. Si aūt fraus fcā nō eſt: māifeſte ⁊ irrefragabilr dñs ſurrexit. Quid aūt pilatus rñdeat ſubiungit̄. Ait illis pilat⁹: habetis cuſtodiā. Jte cuſtodite ſicut ſcitis. RABA. q. d. Sufficiat vobis ꝙ conſenſi in necē īnocentis: de cetero veſter error vobiſcū ꝑmaneat. Seqt̄. Jlli aūt abeūtes munierūt ſepulchrū ſignantes lapidē cū cuſtodib⁹. CHRY. ī ho. Nō āt ꝑmittit pilat⁹ ſolos milites ſigillare. ſi .n. ſoli milites ſigillaſſent poſſent dicere qm̄ milites ꝑmiſerūt ꝙ diſcipuli corpus dñi furarent̄: ⁊ ita reſurrectōis īfringere fidē: nūc hoc dicere ñ pñt cū ipſimet ſepulchrum ſigillaſſent.

CA. XXVIII

VEſpere aūt ſabbati que luceſcit ī prima ſabati: vēit maria magdalene ⁊ altera maria videre ſepulchꝝ. Et ecce terremot⁹ fact⁹ eſt magn⁹: Angelus .n. dñi dſcēdit d celo: ⁊ accedēs rñuoluit lapidē: ⁊ ſedebat ſup eū. Erat āt aſpect⁹ eius ſicut fulgur: veſtimēta aūt eius ſic̄ nix. Pre timore aūt ei⁹ exterriti ſunt cuſtodes: ⁊ facti ſūt velut mortui. Rñdens aūt angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos. Scio .n. ꝙ ieſum qui crucifixus ē q̄ritis. Nō ē hic: ſurrexit .n. ſic̄ dixit. Uēite ⁊ videte locū: vbi poſit⁹ erat dñs. Et cito eūtes dicite diſcipul' ei⁹: qꝛ ſurrexit: ⁊ ecce ꝑcedet vos ī galileā. Jbi eū videbitis: ecce p̄dixi vob

AVGV. in ſer. d reſur. Poſt illuſiones ⁊ vbera: poſt aceti ⁊ fellis pocula mixta: poſt ſupplicia crucis ⁊ vulnera: ⁊ poſtremo poſt ipſā mortē ⁊ inferos: ſurrexit de ſuo funere caro noua. redit ab occiduo latēs vita ⁊ ī morte ſalus reſeruata reſurgit pulchrior reditura poſt funus. AVGV. d cō. euan. De hora vero q̄ mulieres venerūt ad monumētū nō cōtēnenda exorit̄ queſtio. Cum enī matthe⁹ hic dicat: Ueſpere āt ſab. q̄ lu. ī pma ſab. qđ eſt qđ dicit marcus: Et valde mane vna ſabbatoꝝ vēit maria magda. ⁊ altera maria videre ſepulchrū. Apte qppe pma noctis qđ eſt veſpere: ipſaꝫ noctem voluit ſignificare matthe⁹: cuius noctis fine venerūt ad monumētū. q̄ qm̄ ſabbato īpediebant̄: vt nō añ facerēt: ab eo tpe noīauit noctē ex quo eis licere cepit: vt facerēt qđ cūqꝫ vellēt tpe eiuſdē noctis. Sic itaqꝫ dcm̄ eſt: Ueſpe aūt ſab. ac ſi diceret̄: nocte ſabbati .i. nocte q̄ ſeqt̄ dieꝫ ſabbati: qđ ipa verba ei⁹ ſatis īdicāt. Sic .n. ait: Que luceſcit in pma ſabbati. qđ fieri nō pōt niſi tm̄mō primā noctis pticulā .i. ſolū initiū noctis ītellexerim⁹ dcō veſpere ſignificatum. Neqꝫ .n. ipſum initiū noctis luceſcit in prima ſabbati: ſed ipſa nox q̄ in luce incipit terminari: ⁊ vſitatus mod⁹ loquendi ē diuine ſcripture: a parte totuꝫ ſignificare. Ueſpere ergo noctem ſignificauit: cuius extremū eſt diluculū: diluculo eniꝫ venerūt ad monumētū. RABA. Uel aliter qđ dictuꝫ ē. qꝛ ſcē mulieres veſpere ſabbati q̄ luceſcit ī pma ſabbati venerūt videre ſepulchrū: ita ītelligendū: qꝛ veſpere qdeꝫ venire ceperint: ſed luceſcente mane in prima ſabbati ad ſepulchrū puenerunt .i. veſpere aromata parauerunt: quibus corp⁹ dñi vngere deſiderabāt: ſed aromata veſpe ꝑparata: mane ad ſepulchrū detulerūt. Qđ matthe⁹ qdē breuitatis cā obſcuri⁹ poſuit: ſed euāgeliſte aly quo ordine factum ſit euidētius oñdūt. Sepulto nāqꝫ ſexta feria domino: reuerſe a monumēto mulieres preparauerūt aromata ⁊ vnguenta qꝫdiu opari licebat: ⁊ ſabbato quidē ſiluerūt ſm̄ legis mandatū: ſicut lucas apte deſignat. Cū aūt trāſiſſet ſabbatū: veſperaqꝫ adueniēte tps opandi redyſſet: prompte ad deuotionē emerūt: que minus preparauerant aromata: ſicut marcus ꝯmemorat. Ut veniētes vngerēt ieſuꝫ. ⁊ valde mane veniunt ad monumentū. HIERO. Uel aliter: ꝙ diuerſa tpa iſtaꝝ mulieꝝ ī euāgelys deſcribunt̄: nō mēdacy ſignū ē vt ipy obyciūt: ſꝫ ſedule viſitatōis officia dū crebro abeūt ⁊ redeūt: ⁊ nō patiūt̄ a ſepulchro domini diu abeſſe vel lōgius.

REMI. Sciendū aūt qꝛ matthe⁹ myſtice loquēs ſtuduit nobis īſinuare illa ſacratiſſima nox q̄ntā dignitatē ex honore deuicte mortis ⁊ dñice reſurrectōis accepit. iō dixit: Ueſpe āt ſab. q̄ lu. ī pma ſab. Cū cōſuetus ordo tpuꝫ hēat. vt veſpe nō luceſcāt ī diē: ſꝫ poti⁹ obtenebreſcāt ī noctē: oñdit̄ his vbis ꝙ dñs totā hāc noctē luce ſue reſurrectionis feſtiuā ⁊ choruſcā reddidit. BEDA. ī ho. Ab exordio ēt mundane creatōis vſqꝫ huc: ita tēpoꝝ curſus diſtinguebat̄ vt dies noctē ꝑcederet: qꝛ hō a luce padiſi peccādo lapſus ī hui⁹ ſecli tenebras erūnaſqꝫ decidit. Aptiſſime āt nūc dies ſequit̄ noctē: qm̄ ꝑ fidē reſurrectiōis a peti tenebris ⁊ vmbra mortis ad lucē vite xpo largiēte reducimur. SEVE. ī ſer. paſ. Eſt āt veſpa ſabbati q̄ luceſcit qꝛ illuminat̄ ꝑ xpꝫ: ſabbatū ñ delet̄: Nō inqt veni ſoluere legē: ſꝫ adimplere. Jlluminat̄ vt ī diē dñicā luceat: clareſcat ī eccl'ia qđ in ſynagoga iudeis obſcurātib⁹ fuſcabat̄. Seqt̄: Uenit ma. mag. ⁊ al. ma. vi. ſep. Sero qdem mulier currit ad veniā q̄ mature cucurrit ad culpā: q̄ de paradiſo pfidiā ſūpſerat: feſtinat fide ſum re d ſepulchro. ꝯtēdit rape de morte vitā: que de vita rapuerat mortē. nō āt dixit: Uenerūt ſꝫ venit ſub vno noīe: veniunt due myſterio ñ caſu. Uēit ipa: ſꝫ altera vt mutaret̄ mlier vtute ñ ſexu. Precedūt āt aplos femie: q̄ eccl'aꝝ typū ad dñi cū dferūt ſeplchꝝ: maria. ſ. ⁊ maria: mr̄nū xpi vnū nom̄ ī duas gemiat̄ femias: qꝛ h eccl'a ex duob⁹ pplis veniēs .i. ex gētib⁹ ⁊ iudeis: vna cē figurat̄: venit āt maria ad ſepulchꝝ: ſic̄ ad reſurrectōis vterꝝ: vt iterꝝ xps ex ſeplchro naſceret̄ fidei q carni fuerat gnāt⁹ ex vētre: ⁊ eū quē clauſa vginitas ad pñtē tulerat vitā: clauſū ſeplchꝝ ad vitā redderet ſēpiternā. Diuinitatis īſigne ē clauſā vginē reliqſſe poſt ptū: ⁊ d ſepulchro clauſo exiſſe cū corpe. Seqt̄: Et ec. ter. fa. ē ma. HIERO. Dñs nr̄ vnus atqꝫ idē fili⁹ dei ⁊ hoīs iuxta vtrāqꝫ nāꝫ diuinitatis ⁊ carnis: nūc magnitudis ſue: nūc hūilitatis ſignū demōſtrat. vñ ⁊ ī pñti loco quāqꝫ hō ſit q crucifixus ē: q ſepult⁹: tñ q̄ foris agunt̄: oñdūt filiū dei. HYLA. Motus .n. terre reſurrectōis eſt virtus cū ꝯcuſſo mortis aculeo: ⁊ illumiatis illi⁹ tenebris reſurgēte vtutū celeſtiū dño: inferoꝝ trepidatio ꝯmouet̄. CHRY. ī ho. Uel ideo terremotus factus eſt: vt exurgāt ⁊ euigilēt mulieres. etenī acceſſerant vt vnguentū mitterēt: ⁊ qꝛ in nocte hec gerebant̄ probabile eſt quaſdā obdormiſſe. BEDA in ho. ꝙ etiam terremotus reſurgēte dño de ſepulchro ſicut etiam moriente in cruce factus eſt magnus: ſignificat terrena quideꝫ corda per fidem paſſionis prius ac reſurrectionis eius ad penitētiam concutienda ſalubri pauore permota. SEVE. in ſermone paſche: Si autem ſic terra tremuit: cum domin⁹ ad veniam ſanctorum reſurgeret: quomodo cōtremiſcet: cū noxiorum omnium ſurget ad penā: dicēte ꝓpheta. Terra tremuit cum reſurgeret in iudiciū deus. Et quō domini pñtiā ſuſtinebit: que angeli pſentiā ſuſtinere nō valuit: naꝫ ſequitur: Angelus domini deſcendit de celo. Surgente ſiquidem chriſto: morte perēūte terrenis redditur celeſte cōmercium: ⁊ mulieri cui fuerat cum diabolo letale conſi

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

litum:cum angelo colloquium fit vitale. HYLA. Misericordie.n.dei patris insigne ẽ resurgẽte filio ab inferis virtutũ celestiũ mysteria mittere:atq3 iõ prior resurrectionis ipe ẽ iudex:vt quodã famulatu paterne voluntatis resurrectio nũciaret. BEDA ĩ ho. Qr.n.xp̃s de⁹ ⁊ hõ ẽ:iter acta hũanitatis sp ei angeloꝝ ministeria deo debita nõ desunt. Seqtur: Et accedẽs reuoluit lapidẽ: Nõ vt egressuro dño ianuã pandat:s3 vt egressus ei⁹ iã fci hoib⁹ pstet idiciũ: Qui .n.mortalis clauso v̄ginis vtero potuit nascẽdo igredi mundũ:ipse fact⁹ imortalis clauso sepulchro potuit resurgendo exire de mũdo. REMI. Significat aũt reuolutio lapidis reserationẽ sacroꝝ xp̃i q̃ lr̃a legis tegebãt:lex nãq3 ĩ lapide scripta fuit:⁊ iõ p lapidẽ dsignat. SEVE. Nõ ãt dixit: Uoluit. s3 reuoluit lapidẽ:q: lapis aduolut⁹ pbauit mortẽ:⁊ reuolut⁹ extitit resurrectõis assertor. Mutat hic ordo reꝝ:sepulchꝝ mortẽ nõ mortuũ deuorat:dom⁹ mortis:mansio fit vitalis. vteri noua forma mortuũ recipit:reddit viuũ. Seqtur: Et sedebat sup eũ. Sedebat iquã cui nulla ierat lassitudo vt fidei doctor: vt resurrectõis mgr:sedebat supra petrã vt soliditas sedẽtis daret credẽtib⁹ firmitatẽ:ponebat angel⁹ sup petrã fũdamẽta fidei:sup quã xp̃s erat eccl'ia3 fundaturus. Ul' p lapidẽ monumẽti põt designari mors q̃ oẽs pmebãt p hoc g̊ q angel⁹ sup lapidẽ sedit:significat q xp̃s mortẽ sua v̄tute subiecit. BEDA ĩ ho. Et recte stãs apparuit angel⁹ q aduẽtũ dñi ĩ mũdo pdicebat:vt stãdo designaret q: dñs ad debellãdũ mũdi principẽ veniret. preco ãt resurrectiõis sedisse memorat:vt sedẽdo significaret eũ supato mortis auctore sedẽ regni iã 9scẽdisse ppetui. sedebat ãt sup ladidẽ reuolutũ quo hostiũ monumenti claudebat:vt claustra iferoꝝ sua ip3 v̄tute deiecisse doceret. AVGV. de cõ.euã. Põt ãt mouere quõ fm mattheũ angel⁹ sup lapidẽ sedebat reuolutu3 a monumento: cũ marc⁹ dicat mulieres itroeũtes ĩ monumẽtũ vidisse iuuenẽ sedẽtẽ ĩ dextris:nisi ĩtelligam⁹ aut mattheũ tacuisse de angelo:quẽ itrãtes viderũt:marcũ ãt de illo quẽ viderũt sedẽtẽ sup lapidẽ:vt duos viderit ⁊ a duob⁹ sigillati audierit q̃ dixerũt angeli de iesu.aut certe q dic: Intrãtes ĩ monumẽtũ ĩ aliqua septa macerie debemus accipe qua 9munitũ locu3 tunc fuisse credibile ẽ.i.in aliquo spacio ante petra3:in qua excisa loc⁹ fact⁹ fuerat sepulture:vt ip3 viderint in codẽ spacio sedentem a dextris: quẽ dicit mattheus sedentẽ sup lapidẽ. Sequitur Erat autem aspe.ei⁹ sicut fulgur:⁊ vesti.eius sicut nix. SEVE. Uultus claritas a vestium cãdore separatur: ⁊ facies fulguri:niui vestis angeli cõparat:q: fulgur de celo:nix de terra.vñ pph̃a: Laudate dñm de terra:ignis:grãdo nix ⁊c̃. In facie g̊ angeli claritas celestis seruat nãe:in veste significat gr̃a cõionis humãe.⁊ sic tẽperat spẽs angeli colloquẽtis: vt carnales oculi ⁊ vestiũ ferãt placitã claritatem: ⁊ ex fulgure vult⁹:nũciũ sui tremerẽt ⁊ reuererent auctoris.

IDEM. ĩ alio ser. Quid aũt facit idumẽtũ vbi tegẽdi necẽtas nõ hr̃:s3 angelus nr̃m hitũ nr̃am formã in resurrectiõe pfigurat:vbi hõ ipa corpis sui claritate vestit. HIERO. In cãdido ẽt vestitu ãgelus significat gl'ia3 triũphantis.

GREGO. ĩ ho.de pas. Uel alr̃ ĩ fulgure terror timoris ẽ: ĩ niue ãt blãdimẽtũ cãdoris:q: v̄o oĩpotẽs de⁹ ⁊ terribil' est pctõrib⁹ ⁊ blãdus iustis:recte testis resurrectõis ei⁹ angel⁹: ⁊ ĩ fulgure vult⁹:⁊ in candore habitus demõstrat:vt de ipa sua spẽ:⁊ terreret reprobos ⁊ mlceret pios. vñ seqt: Pre ti. aũt ei⁹ exter. sunt custo. ⁊ facti sunt ve.mortui. RABA. Timoris anxietate sunt exterriti:q: amoris fiducia3 nõ habebãt:⁊ fci sunt velut mortui q resurrectionis v̄itatẽ credere noluerũt. SEVE. ĩ ser.pasche. Custodiebãt.n.crudelitatis studio nõ pietatis obsego:stare.n.nõ põt quẽ 9scia destituit: ĩpellit reat⁹.hinc est q angelus pcellit impios:pios alloquit:⁊ solat. Sequit: Respõdẽs autẽ ang. dixit mulie.

HIERO. Custodes qdem timore pterriti ad instar mortuoꝝ stupefacti iacẽt: ⁊ angelus tamen nõ illos: sed mulieres 9solatur dicens. Nolite ti.vos.q.d. Illi timeant ĩ qb⁹ permanet incredulitas:ceteru3 vos q: iesum queritis crucifixum:audite q surrexerit: ⁊ pmissa pfecerit. vñ seqt. Scio .n.q iesu3 q crucifix⁹ ẽ q̃ritis. SEVE. Adhuc.n.crucifixũ ⁊ mortuũ reqrebãt:quaꝝ fidẽ seua passionis pcella turbauerat:⁊ tẽtationis ita eas põdus icuruauerat:vt celi dñ3 q̃rerẽt in sepulchro. Non est hic. RABA. per p̃sentiã carnis:qui tamẽ nusq̃ deest per p̃sentiam maiestatis. Sequit: Surrexit enim sicut dixit. CHRY. in homilia.q.dicat. Et si mihi nõ creditis:illius mementote verboꝝ:deinde et alia sequit demonstratio:cum subdit. Uenite ⁊ videte locum vbi positus erat dñs. HIERO. Ut si meis verbis ñ creditis vacuo credatis sepulchro. SEVE. Angelus ergo pdicit nomen:crucem dicit:loquitur passionẽ:s3 mox resurrectionẽ:mox dñm cõfitetur:⁊ angelus post tãta supplicia: post sepulchrũ agnoscit dominũ suũ. Cur hõ aut minoratũ deũ in carne iudicat:aut ĩ passiõe existimat dfecisse v̄tutẽ: Dicit ãt crucifixũ:⁊ ostẽdit locũ vbi positus erat dñs:ne aliter ⁊ non ide3 resurrexisse crederet ex mortuis. Et si dominus in eadẽ redit carne:⁊ sue resurrectionis facit indicia: q̃re homo in alia putat se carne rediturũ: aut carnem forte seruus dedignat suam cum nostrã dominus non mutauit:

RABA. Non autem solis vobis hoc gaudiũ magnu3 cõcessum ẽ occulto corde tenere:sed similiter amantibus debetis illud pandere.vñ seqtur. Et cito eũ.di. dis.e. q: surre.

TYTVS. Ut nobis dominus celeste pasca dimitteret typicū manducauit: figurā remouens: vt veritas locū obtineret: vñ dicit: Venit aūt dies azimoꝝ in q̄ necesse erat occidi pasca. BEDA. Dies azimoꝝ pasce quartādecimā primi mensis appellat: quando fermento abiecto pasca. i. agn⁹ occidi ad vesperā cōsueuerat. EVSE. Siqs aūt dicat: Si prima azimoꝝ discipuli saluatori parāt pasca: ergo ⁊ eadē die oportet nos pasca celebrare. Dicemus hoc non fuisse monitionē: s3 historiā facti: qđ accidit tēpore salutifere passionis. Aliud aūt est narrare gesta vetera: ⁊ aliud sancire: ac posteris statuta relinquere. Quietiā saluator nō egit pasca cū iudeis quando agnū īmolabant. nā illi qdem hoc egerunt in parasceue: qñ passus est dñs: vnde non introierunt in atriū pilati vt manducarent pasca. ex quo enī veritati insidiati sunt: verbū veritatis a se expulerunt: non primo die azimoꝝ quo die debebat īmolari pasca manducātes solitū sibi pasca. erant enī erga aliud attēti: s3 die sequēti post illā que erat azimoꝝ secūda. Dominus vero prima die azimoꝝ: hoc est quinta feria sabbati pasca cū discipulis peregit. THEOPHI. Eadē aūt quinta feria: mittit duos ex discipulis suis ad parandū pasca: petrū. s. ⁊ ioannē: alteꝝ. s. vt diligentē: alteꝝ vt dilectu3. vnde sequit. Et misit petrum ⁊ ioannē dicens: Euntes parate nobis pasca vt māducemus. Per omnia manifestans q vsq3 ad extremū vite non est aduersatus legi. Mittit autem eos ad alienā domum. nam nulla domus erat ei neq3 discipulis suis: alioqn apud aliquem eorum pasca celebrasset. ⁊ ideo subdit: At illi dixerunt. Ubi vis paremus? BEDA. quasi dicant. Nō habemus domicilium: non habemus tabernaculū: audiāt quibus edificandaꝝ domorū cura est: cognoscant christu3 omnium dominum locū vbi caput reclinaret non habuisse. CHRY. Cum aūt ignorent ad quem mitterent signū dedit eis: sicut ⁊ samuel sauli. vnde subdit. Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus vobis in ciuitate3: occurret vobis homo: amphoram aque portans: sequimini eum in domu3 in quā intrat. AMBRO. Primū maiestatē diuinitatis aduerte: cum discipulis loquit: ⁊ iam nouit quid alibi sit futurum: deinde dignationē eius intuere: quia non persona diuitis aut potentis eligitur: sed pauper ambitur. ⁊ angustu3 hospitium pauperis amplis nobilium edibus antefertur. Sciebat autem dominus nomē eius cuius sciebat mysteriū ⁊ occursum: s3 iō sine noīe designatur: vt ignobilis estimet. THEOPHI. Vel iō mittit eos ad homine3 ignotum: vt ostendat q passionem voluntarie subyt. Qui eni3 mentē huius ignoti viri subegit vt eos susciperet: poterat quodcūq3 voluisset cū iudeis tractare. dicunt autē quida3 q ideo non dixit nomē hominis: ne ꝓditor cognito nomine domu3 panderet phariseis qui venientes cepissent eu3 priusq̄ cena fieret ⁊ spiritalia mysteria discipulis traderet

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Sz quibusdā indicijs in quandā domū dirigit eos. vñ seqtur: Et dicetis patrifamilias dom⁹: dicit tibi magister: vbi est diuersoriū: vbi pasca cuz discipulis meis māducem: Et ipse vobis oñdet cenaculū magnuz stratum: ⁊ ibi pate.

GLO. Quib⁹ signis inuentis discipuli sollicite q̄ mādata eis fuerāt iplerūt. vnde sequitur. Euntes aūt inuenerūt sicut pdixit illis iesus: ⁊ parauerūt pasca. BEDA. Hoc pasca exponēs apostolus ait: Pasca nostrū imolatus ē xps: qd quidē pasca tūc necesse erat occidi: quasi paterno ɔsilio ac diffinitione sancitū: qui lz die sequēti hoc ē. xv. luna sit crucifixus: hac tñ nocte qua agnus imolabat̄ a iudeis tentus ac ligatus imolationis hoc est passionis sue sacrauit exordiū. THEOPHI. Intelligamus aūt diē qdē azimoruz totā ɔuersationē q̄ ē in luce spiritali nullā redolentē vetustatē pme puaricatiōis ade: i qua viuētes nō decet delectari in xpi mysterijs. Hec aūt mysteria petr⁹ ⁊ ioānes parāt .i. actio ⁊ ɔtēplatio: feruor celi ⁊ mansuetudo pacifica. His aūt paratoribus occurrit hō: qr p pdicta reperimus statuz hois: q creatus ē ad imaginē dei: q portat amphorā aque: q̄ significat gratiā spūsancti. Amphora aūt ē humilitas cordis: humilib⁹ eni dat grām: q se cognoscūt eē terrā ⁊ puluerē. AMBRO. Uel amphora ē mēsura pfectior: aq̄ aūt ē q̄ sacramētū xpi eē meruit: q̄ lauare meruit non lauari.

BEDA. Parant aūt pasca vbi aque infert̄ amphora. qr tps adest quo veri pasce cultorib⁹: typic⁹ de limie auferat̄ cruor: ⁊ ad tollēda crimina viuifici fontis baptisma ɔsecratur. ORIGE. sup mat. Ego aūt puto q hō q ingredientibus discipulis i ciuitatē occurrit amphorā aq̄ portās: erat qdā minister patrisfamilias: portās mūdatoriā aut potabilē aquā in vase fictili: quē puto eē moysen spiritalē doctrinā portātē i corporalib⁹ historijs. Qui aūt nō consequunt̄ spiritaliter eū: nō celebrāt pasca cū iesu. Attēdamus g ipso dño cōstituto nobiscū ad superiorē locū: i quo ē diuersoriū: qd demōstrat̄ ab itellectu: q ē i vnoquoq; hoie paterfamilias: discipulis xpi. Hec aūt dom⁹ superior sit nobis magna vt capiat iesum vbuz dei: qd nō capit̄ nisi a magnis sensu. Et sit dom⁹ hec a prefamilias .i. itellectu pparata filio dei: ⁊ sit mundata nullo mō hñs malicie sordes. Sit etiā dom⁹ illius pnceps nō qualibuscūq; cognitū hñs nomen. Unde mystice dicit fm mattheū. Ite ad quēdā. AMBRO. In superioribus aūt magnū hz stratū: vt magnū meritū eius aduertas in quo dñs cū discipulis sublimiū virtutū ei⁹ delectatione requiesceret. ORIGE. sup mat. Scire aūt debem⁹ qm̄ q in epulatiōibus ⁊ sollicitudinibus secularibus sūt: nō ascēdūt i domū illā supiorē: ⁊ ppterea non celebrāt cū iesu pasca. Post smones eni discipulorꝝ: quibus cathecizauerūt patremfamilias: idest intellectum: venit ⁊ diuinitas coepulans discipulis in domo predicta.

¶ Et cū facta esset hora discubuit: ⁊ duodecim apli cum eo. Et ait illis: Desiderio desideraui hoc pasca manducare vobiscū añq̄ patiar. Dico eni vobis: qr ex hoc non manducabo illud: donec impleatur i regno dei. Et accepto calice gratias egit ⁊ dixit: Accipite ⁊ diuidite iter vos. Dico eni vobis q non bibam de generatiōe vitis: donec regnum dei veniat.

CYRIL. Postq̄ discipuli pasca parauerant agit̄ de pasce comestione. vnde dicitur: Et cū facta eēt hora: discubuit ⁊ duodecim apostoli cū eo. BEDA. Hora manducādi pasce designat quartamdecimā diem primi mēsis perductā ad vesperā. xv. luna iam terris apparente. THEOPHI. Sz q̄liter dñs discumbere dicit̄: cū iudei stantes pasca manducarent: Dicūt ergo q cum māducauissent legale pasca accubuerunt fm cōmunē vsū māducātes quosdā alios cibos. Seqtur. Et ait illis: Desiderio desideraui hoc pasca māducare vobiscū anteq̄ patiar. CYRIL. Quod ideo dicit. qr discipulus auarus proditiōis tps explorabat: sz ne traderet eū ante festū pasce: non explicauerat dñs domum vel virꝝ penes quē pascā perageret: cuius cām p hec verba oñdit. THEOPHI. Uel dicit desiderio desideraui. q. d. Hec vltima mihi cena vobiscū est: pp qd ⁊ amabilis est mihi: sicut ⁊ q pegre profecturi sunt vltima vba suis dulcius pferunt. CHRY. Uel hoc dicit: qr post illud pasca crux iminebat. Inuenim⁹ āt pluries eū pdicantē suam passionē ⁊ eā cupientez euenire. BEDA. Desiderat g primo typicū pasca cū discipulis māducare: ⁊ sic passionis sue mundo mysteria declarare. EVSE. Uel aliter. Cuz dñs nouum pasca celebraret: opportūe dixit: Desiderio desideraui hoc pasca .i. nouū mysteriū noui testamenti qd tradebat discipulis: qd plures ante eū prophete ⁊ iusti cupiuerāt Sz ⁊ ipse sitiens cōmunez salutē: hoc tradebat mysterium qd toti mundo cōpeteret. Pasca vero moysi statutū erat i vno loco .s. in hierusalē celebrari. vñ non ɔgruebat oīb⁹ gētibus. ⁊ ideo nō erat desideratū. EVSE. Ex hoc hebionitarum dementia de carnis esu redargui poterat: dño manducante pasca iudeoꝝ. vñ signāter dixit. Hoc pasca. ne qs ad aliud inuertere posset. BEDA. Sic ergo dñs legalis pasce approbator extitit: ⁊ hoc ad sue dispensationis figurā docendo ptinuisse vetat vltra carnaliter exhiberi. vñ subdit: Dico .n. vobis qr ex hoc non māducabo illud donec impleatur in regno dei .i. nequaq̄ vltra mosaicum pasca celebrabo: donec i ecclesia spiritaliter intellectuz ɔpleatur. ipa .n. est regnum dei: fm illud: Regnum dei intra vos est. Ad vetus āt illud pasca: cui finem desiderabat imponere: ptinet etiam illud quod subditur: Et accepto calice gratias egit ⁊ dixit: accipite ⁊ diuidite inter vos. Ob hoc grās egit quia vetera transitura ⁊ ventura fuerant omnia noua.

CHRY. Memento ergo cū ad mensam federis q post mensam oportet te orare atq; ideo ventrez impleas sobrie ne grauatus nequeas genuflectere ac supplicare deo. Nō igitur post escas ad lectum: sed ad orationē vertamur. Euidenter enim hoc christus significauit: q post escas nō somnus: non cubile: sed oratio ⁊ sacrarum lectio scripturarum succedere debeat. Sequitur: Dico .n. vobis q non bibā de generatione vitis: donec regnū dei veniat. BEDA. Pōt quidez hoc ⁊ simpliciter accipi: q ab hac hora cene vsq; ad tempus resurrectionis quo in regno dei erat venturus: vinum bibiturus non esset: postea nāq; cibum potūque sumpsisse eum testatur petrus dicēs. Qui manducauimus ⁊ bibim⁹ cuz illo postq̄ resurrexit a mortuis. THEOPHI. Dicitur autem resurrectio regnum dei: quia mortez exterminauit. vnde ⁊ dauid ait. Dominus regnauit decorem indutus est: scilicet formosi amictus: fz Isaiam: exuta corporis corruptela. Resurrectione autem adueniente iterum cum discipulis bibit: vt probaret q resurrectio ñ erat phātastica. BEDA. Sed multo consequētius est: vt sicut supra typicum agni esum: sic ⁊ potum pasce neget se gustaturum: donec ostensa gloria regni dei: fides mundi adueniat: vt per duo maxima legis edicta: escam scilicet ⁊ potum pascalem spiritaliter imutata disceres omnia legis sacramenta ad spiritalem obseruantiam fuisse transferenda.

¶ Et accepto pane grās egit: ⁊ fregit: ⁊ dedit eis dicēs: Hoc ē corp⁹ meū: qd p vobis tradet̄. Hoc facite i meā ɔmemorationē. Silr ⁊ calicē postq̄ cenauit dicens. Hic est calix noui testamentū in sanguine meo: qui pro vobis fundetur.

BEDA. Finitis pasce veteris solennijs: transijt ad nouum quod in sue redemptionis memoriam ecclesiam frequentare desiderat: pro carne agni ⁊ sanguine: sue carnis sanguinisq; sacramentū in panis ac vini figura substituēs: sacerdos in eternū factus fm ordinē melchisedech. Unde dicit̄: Et acce. pane gratias egit. sic̄ ⁊ de veterib⁹ terminandis grās egerat: nobis exēpluz tribuens in oī boni opis inchoatione ⁊ pfectione deū esse glorificādū. Seqtur: Et fregit. Frāgit ipse panē quē porrigit: vt oñdat corporis sui fractionē: non sine sua sponte futurā. Et dedit eis dicēs: Hoc est corpus meū qd pro vobis tradet̄. GREGO. nisenus: Panis .n. ante cōsecrationē cōis panis ē: sz vbi ɔsecrat̄ mysterio fit: ⁊ dicit̄ corpus xpi. CYRIL. Nec dubites an h verꝝ sit eo manifeste dicente: Hoc ē corpus meū. sz poti⁹ suscipe vba saluatoris i fide. Cū .n. sit vitas: ñ mētit̄: Insaniūt igit̄ dicētes mysticā bñdictiōz a scificatiōe cessare. sique reliqe remanserint ei⁹ in diē subseq̄ntez: Non .n. mutabit̄ sacrosctm̄ corpus xpi sz vtus bñdictionis ⁊ viuificatiua grā iugis in eo est. Uirtus .n. viuificatiua dei patris vnigenituz verbū est qd caro factū est: nō desinēs esse vbuz sz efficiēs carnē viuificatiuā. Si .n. i aliquo liquore modicū panis immiseris: reperies hunc ibibituz q̄litate illius. Igit̄ viuificatiuuz dei verbū vniens seipm ppie carni: fecit eā viuificatiuā. Nungd ergo ⁊ qm̄ in nobis vita dei est: dei vbo existente in nobis viuificatiuū erit nrm corpus: Sz aliud ē fm participationis habitudinē nos hre in nobis dei filiū: aliud ipz fuisse factū carnē .i. corpus sumptū ex alma virgine: ppriū corpus effecisse. Decebat ergo eū nris quodāmō vniri corporibus p sacrā eius carnē ⁊ pciosuz sanguinē q̄ accipimus in bñdictione viuificatiuā in pane ⁊ vino. Ne .n. horreremus carnē ⁊ sanguinē apposita sacris altaribus: cōdescendens deus nris fragilitatibus influit oblatis vim vite: Cōuertens ea in veritatē proprie carnis: vt corpus vite q̄si qddam semen viuificatiuū inueniat̄ in nobis: vñ subdit: Hoc facite in meā cōmemorationē. CHRY. sup ioannē: Hoc fecit xps ducens nos ad maius amicitie fedus: suāq; claritatē declarans erga nos: pstans se non solū videri desiderātibus: sz ⁊ palpare ⁊ comedere ⁊ amplecti ⁊ totū affectum explere. Igit̄ vt leones flāmaz spirantes: sic ab illa mensa discedim⁹ terribiles effecti diabolo. BASI. Disce āt quo pacto decet edere corpus xpi: in memoriaz .s. obediētie xpi vsq; ad mortē: vt q viuunt nō ampl⁹ in se viuāt: sz in eo q pro eis mortuus est ⁊ resurrexit. THEOPHI. Duos āt calices lucas cōmemorat. de altero qdem supradixit. Accipite ⁊ diuidite inter vos: quē dicet aliqs esse typuz veteris testamenti. alterꝝ vero post panis fractionem ⁊ distributionem ipse partit̄ discipulis. vñ subdit̄: Similiter ⁊ calicem postq̄ cenauit. BEDA. Subauditur. dedit eis: vt sit plena ɔstructio. AVGV. de con. euange. Uel q lucas bis d calice cōmemorauit: prius anteq̄ panē daret: ide postq̄ panem dedit: illud qd superius dixit poccupauit: vt solet: illd vero qd ordine suo posuit: non cōmemorauerat superius. Utrūq; aūt coniunctum eandem sententiā facit: q illoruz est .s. matthei ⁊ marci. THEOPHI. Noīat āt dñs hunc calicē noui testamēti. vñ seqtur. Dicēs: hic ē calix nouuz testamentū in sanguine meo q pro vobis fundetur. significās nouum testamentum in suo sanguine exordiuz sumere: nā in veteri testamento sanguis animalium affuit: cuz data fuit lex: nunc vero sanguis verbi dei significat nobis nouum testamentum. Cum autem dicit: Pro vobis: non significat pro solis apostolis corpus christi datum ⁊ sanguinem effusum fuisse: sed causa totius humane nature. Et vetus quidem pasca ad remouendam seruitutem egypti fiebat: sanguis autem agni ad primogenitorum custodiam: nouuz vero pascha ad peccatorum remissionem: sanguis autez christi ad conseruationem eorum qui dedicati sunt deo.

CHRY. Hic enim sanguis operatur in nobis imaginez regiam: nobilitatem anime non permittit marcescere: protinus irrigans animam: magnamq; inspirans virtutem. Hic sanguis fugat demones: aduocat angelos ⁊ dominuz angeloꝝ. Hic sanguis effusus lauit orbē ⁊ adibilē fecit celū. Hui⁹ pticipes sanguinis sunt supernis virtutibus amicti regio pallio: magis aūt ipo rege induti. Et sicut si mundus accesseris salubriter accessisti: sic si imbutus conscientia praua: dānose accedis in penā ⁊ supplicia. Nā si q īperatoriā coinquināt purpurā: pari pena plectunt̄ cum eis q diuellunt: absurdū nō est si ⁊ q obscena mēte corpus xpi recipiūt: pari pena plectunt̄ cū his q illud clauis trāsfoderunt.

BEDA. Quia vero panis cōfirmat: vinū vero sanguinē operat̄ in carne: hoc ad corpus xpi: illud refert̄ ad sanguinē. Uerū qr ⁊ nos in xpo ⁊ in nobis xpm manere oportet: vinū dñici calicis aq̄ miscet̄ teste eni ioāne. Aque mlte populi sūt. THEOPHI. Primo aūt datur panis: secundario calix: prior eni est i spiritalibus laboriosus act⁹ velut panis: nō solū qr i vultus sudore laborat̄: sed ēt qr dū comeditur: nō est facilis ad glutiendū. Deinde post labores sequitur exultatio diuine gratie que ē calix. BEDA. Ideo aūt tunc cenati ɔmunicarūt apostoli: qr necesse erat pasca typicū ante cōsūmari: ⁊ sic ad veri pasce sacramēta trāsiri. nūc aūt in honorē tanti sacramēti placuit magistris ecclesie: p⁹us nos spiritalibus epulis refici: ac deide terrenis. GRECVS. Totū aūt corpus ⁊ sanguinē dñi suscipit ēt si mysterioꝝ partez accipiat. Sic .n. vnū sigillū diuersis totā suam figurā impartitur. ⁊ integrum manet post distributionē: ⁊ sicut vna vox penetrat ad multoꝝ auditus: sic nulli dubiū sit corpus ⁊ sanguinem dñi totū in oībus reperiri. Fractio aūt panis venerandi passionem significat.

¶ Uerūtñ ecce man⁹ tradētis me: mecū ē i mensa. Et qdē fili⁹ hois fz q diffinitū ē vadit. Uerꝝtñ ve hoi illi p quē tradet̄. Et ipi ceperūt querere iter se: quis eēt ex eis qui hoc facturus esset.

AVGV. de cōsen. euāge. Cū tradidisset dominus discipulis calicē rursus de traditore suo locutus est dicens: Uerūtamē ecce man⁹ tradētis me: mecū ē i mēsa. THEOPHI. Quod dixit nō soluz vt oñdat se scire futura: sz ēt vt oñdat nobis ppriā bonitatē: fm quā nō pretermisit quin persequeret̄ ea que spectabant ad deū. Dat eni nobis exēplū: vt vsq; ad finē satagamus lucrari peccatores: ⁊ vt ostēdat pditoris nequiciam: qui ⁊ cōuiua fieri non erubuit.

CHRY. Et particeps exñs mysterioꝝ cōuersus nō est. fit eni scelus eius vtiq; imanius: tū quia tali proposito imbutus adijt mysteria: tū qr adiens melior factus non fuit: nec metu nec bñficio nec honore. BEDA. Et tamē ñ designat specialr: ne māifesti⁹ corrept⁹ ipudētior fieret. Mittit autem crimen in numero: vt agat conscius pniam. Predicit autez ⁊ penaz vt quez pudor nō vicerat: corrigant denunciata supplicia. vnde sequitur. Et q. fi. ho. fm q diffinitū est vadit. THEOPHI. Nō q̄si nō valēs tueri seipz: sed sicut definiens sibi mortem: propter humanam salutem. CHRY. Sed qr iudas ea que sunt scripta praua itentione agebat ne quis putet eū innoxiuz tanq̄ dispensationis ministrum subdit. Ueruntamē veh homini illi per quē tradetur. BEDA. Sed ⁊ veh homini illi q ad mēsaz dñi indignus accedens i exemplum iude filiū hois tradit: nō quidē iudeis: sed peccatorib⁹ mēbris suis. Et quāuis scirent .xi. apostoli q nihil contra dominum cogitarent: quia tñ plus credūt magistro q̄ sibi: timentes fragilitatē suaz: q̄rūt de pctō cui⁹ ɔscientiā nō habebāt. Seqtur .n. Et ipsi cepe. q̄rere inter se. quis esset ex eis qui hoc facturus esset.

BASI. Sicut .n. in corporalibus passionibus sunt multe quas non sentiunt patienies: porro magis adhibent fidem ɔiecture medicoꝝ q̄ proprias insensibilitatē attēdant: sic ⁊ aie passionibus siquis in se peccatum non sentiat: credere tñ debet his qui plus possunt cognoscere sua peccata.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

¶ Facta ē aūt: ⁊ cōtētio iter eos: qs eoꝝ videret̄ esse maior. Dixit āt eis: Reges gētiū dn̄ant̄ eorū ⁊ q ptātē hn̄t sup eos benefici vocant̄. Uos āt nō sic: Sz q maior ē i vob fiat sic̄ minor: ⁊ q p̄cessor ē: sic̄ ministrator. Nā quis maior ē: q recūbit: an qui ministrat? Nōne qui recūbit? Ego aūt in medio vestrū sum sicut qui ministrat.

THEOPHI. Cū iter se q̄rerēt qs eēt dn̄z traditur⁹: cōsequēs erat adinuicē sibi dicere: Tu pditur⁹ es ⁊ ex hoc coacti sūt dicere ego potior: ego maior: ⁊ similia. vn̄ dr̄. Facta ē āt ⁊ cōtentio iter eos qs eoꝝ videretur esse maior. GRECVS. Ul' h cōtētio vr̄ hūisse motiuū: q cū dn̄s ab hoīb⁹ trāsmigraret: oportebat aliquē eoꝝ fieri alioꝝ p̄ncipez: q̄si dn̄i vicē gerēte. BEDA. Sic̄ āt boni i scripturis exēpla patr̄ qb⁹ pficiāt ⁊ humilient̄ regrūt: sic reprobi sigd forte in electis rep̄hēsibile reperint: q̄si suas ex eo neqtias obtecturi libēter solēt amplecti. Iō multi ardēti⁹ legūt: q facta ē cōtētio iter discipulos xp̄i. AMBRO. Si.n. cōtēdebant apl'i nō excusatiōi obtēdit̄: sz cautioni pponit̄. Caueam⁹ g̊ ne i pditiōe aliq̄ iter nos de p̄latiōe possit eē cōtētio. BEDA. Potius aūt videam⁹: nō gd carnales adhuc discipuli gesserint: sz gd iusserit spiritalis magister. Seqt̄.n. Dixit āt eis Reges gētiū dn̄ant̄ eoꝝ. CHRY. Gentiliū meminit: vt ex hoc rē vituperādā ōn̄dat. Gētiliū.n. ē ābire p̄matū. CYRIL. Sz ⁊ blādi s̄mones eis offerunt̄ a subditis. vn̄ seqt̄ Et q ptātē hn̄t sup eos benefici vocant̄. Sz illi qdē q̄si extorres a sacris legib⁹ huiusmodi subiacēt morbis. vestr̄ āt culmē ē i humilitate. vn̄ sequit̄: Uos aūt nō sic: sz q maior ē i vobis fiat sic̄ minor. BASI. Nō g̊ extollat p̄sidētē dignitas: ne ab humilitatis beatitudine corruat. Illud āt nouerit q humilitas v̄a ministeriū pluriū ē. Sic̄.n. q plurib⁹ ministrat vulneratis ⁊ abstergit cuiuslibet vulneris saniē: nō sumit misteriū i cāz elatiōis: sic multo magis cui cōmisse sūt cure fraternoꝝ lāguorūz vt oīuz mister redditur⁹ p oīb⁹ rōnē: cogitar̄ dz ⁊ eē sollicit⁹. ⁊ sic q maior ē: fiat sicut minor. Decet aūt ⁊ corporale obsequiū ab his q p̄sidēt offerri exēplo dn̄i lauātis pedes discipuloꝝ. vn̄ sequit̄: Et q p̄cessor ē: sic̄ mistrator. Nō ē aūt timendū ne in subdito soluat̄ humilitatis ppositū: dū ei a maiori fuit̄. Sz imitatiōe pādit̄ hūilitas. AMBRO. Cōtuēdū ē āt q nō oīs honorificētie studio humilitas definit̄. Pōt.n. deferre alicui pp seculi gratiā potentie metū: vtilitatisq̄ cōtuitū: tua edificatio q̄rit̄ nō alteri⁹ honor: ⁊ iō vna dat̄ oīb⁹ forma sniē vt nō de p̄latiōe iactātia sit: sz de humilitate cōtentio. BEDA. In hac tn̄ forma a dn̄o tradita maiores nō minima discretiōe op⁹ hn̄t: ne.s. ad istar regū gētiū dn̄ari subiectis: seq̄z ab eis gaudeāt laudib⁹ attolli. ⁊ tn̄ cō deliquētiū vitia p çelū iusticie sint erecti. Ad v̄ba āt exhortatiōis suimet adiūgit exēplū. vn̄ seqt̄: Nā qs maior ē q recūbit an q mini. Nōne q̄ recū. Ego āt i me. ve. sū: si. q mini. CHRY. q.d. Non putes discipulū tui egere: te v̄o nō illi⁹. Ego.n. q nullo egeo. q̊ vniuersa egēt celestia ⁊ terrestria: ad ministerialē gradū cōdescēdi. THEO. Ōn̄dit āt se mistrātē eis cū panē ⁊ calicē distribuit: cui⁹ mistery mētionē facit rememorās eos si de eodē pane comederūt: ⁊ d eodē calice biberūt si ip̄e xp̄s oīb⁹ mistrauit: vnū debēt oēs sentire. BEDA. Uel loquit̄ de ministerio quo s̄m ioannē eoꝝ pedes lauit dn̄s ⁊ magr̄: q̄uis ēt v̄bo mistrādi possint oīa q̄ i carne gessit itelligi: sz ⁊ suū sanguinē se p nobis effundere ministrando significat.

¶ Uos āt estis qui pmāsistis mecū i tētationib⁹ meis. Et ego dispono vobis sic̄ disposuit mihi pater me⁹ regnū: vt edatis ⁊ bibatis sup mensā meā i regno meo: ⁊ sedeatis sup thronos duodecim iudicantes duodecim tribus israel.

THEOPHI. Sicut dn̄s pditori p̄nūciauerat veh: sic discipulis remanētibus ecōtrario bona p̄nunciat dicens. Uos āt estis q pmāsi. me. in tenta. meis. BEDA. Nō.n. inchoatio patiētis: sz pseuerātia celestis regni gloria donatur: q pseuerātiā q̄ cōstantia seu fortitudo mētis vocat̄: dicimus eē cūctaꝝ colūnā virtutū. Fili⁹ ergo dei secūz pmanētes i tentationib⁹ eternū ducit ad regnū. Si.n. cōplātati fci sum⁹ silitudini mortis ei⁹: siml' ⁊ resurrectōis erim⁹. vn̄ seqtur. Et ego dispo. vo. si. dispo. mihi pa. me. regnū. AMBRO. Regnū dī n̄ ē d hoc mūdo. Nō āt eq̄litas ad dn̄z: sz silitudinis emulatio ē: sol⁹.n. xp̄s plena imago dei ē: pp expssaz in se paterne gratitudinis vnitatē. Iustus āt hō ad imaginē dei est: si pp imitandā diuine cōuersatiōis silitudinem mundū hunc dei cognitiōe cōtēnat: vn̄ ⁊ corpus christi edimus: vt vite eterne possimus esse pticipes: ppter qd̄ sequitur. Ut edatis ⁊ biba. su. men. meā in regno meo. Nō.n. victus ⁊ potus nobis p̄mij loco spōdet̄: sed cōmunicatio gr̄e celestis ⁊ vite. BEDA. Uel mensa proposita oībus sanctis ad fruendū celestis est gloria vite: qua qui esuriūt ⁊ sitiūt iusticiā saturabunt̄ fruēdo desiderato gaudio veri boni. THEOPHI. Non aūt hoc dixit q̄si futuris illic corporalibus escis: ⁊ q̄si regno suo sensibili futuro: erit eniz illic angelica cōuersatio sicut saduceis p̄dixit. Sz ⁊ paulus dicit non esse regnū dei escam ⁊ potū. CYRIL. Sed ex his que sunt apud nos spiritalia designat. nā p̄rogatiua q̄dā funguntur apud reges terrenos: q eis quasi conuiue cōsidēt. Ex humano ergo iudicio ōn̄dit: q apud eū in primis honoribus statuent̄. BEDA. Hec est eniz imutatio dextre excelsi: vt q nunc humiles gaudent ministrare cōseruis: tunc super domini mensam sublimes: vite perpetue dapibus alantur. Et qui hic in tētationibus iniuste iudicati cuz domino permanent: illic cum eo super tētatores suos iusti iudices veniant. vnde sequitur. Et sedea. super thro. xij. iudi. xij. tribus israel. THEOPHI. Hoc ē cōdemnātes ex duodecim tribubus infideles. AMBRO. Non aūt. xij. throni tanq̄ aliq̄ corporalis sunt receptacula sessionis: sed quia s̄m diuinaz similitudinē iudicat christus cognitione cordium: non interrogatione factoꝝ: virtutē remunerās: impietatem condemnans: ita apostoli in iudicium spiritale formantur remuneratione fidei: execratione pfidie: virtute errorem redarguentes: sacrilegos odio psequentes.

CHRY. Nūquid autem illic sedebit ⁊ iudas? Sz cōsidera q lex est data a deo per hieremiaz: Si quid boni promisero si censearis indignus mulctabo te. Et ideo loquens cū discipulis: non simpliciter promisit sed addidit. Qui pmāsistis mecū in tentationibus. BEDA. Ab eius ergo sublimitate promissi iudas excipitur. Nā ⁊ antequā hec dn̄s diceret exysse credendus est. Excipiunt̄ ⁊ illi quicunq̄ auditis incomprehensibilis sacramenti verbis: abierunt retro.

¶ Ait aūt dn̄s simoni. Simon ecce sathanas expetiuit vos vt cribraret sic̄ triticū. Ego āt rogaui p te vt n̄ d̄ficiat fides tua. Et tu aliquādo cōuersus: cōfirma fratres tuos. Qui dixit ei: Dn̄e tecū paratus sū ⁊ in carcerem: ⁊ in mortez ire. Et ille dixit: Dico tibi petre: non cātabit hodie gallus: donec ter abneges nosse me.

BEDA. Ne gloriarentur vndecim apostoli: ⁊ suis viribus tribuerent: q soli pene inter tot milia iudeorum dicerentur in tentationibus permansisse cum domino: ostēdit eos si non iuuantis se dn̄i essent opitulatione pcti: eadē procella cum ceteris potuisse conteri. vnde sequitur. Ait autem dominus simoni: Simon: ecce sathanas expetiuit vos: vt cribraret sicut triticū: idest expetiuit vos tentare: ⁊ velūt q triticū purgat ventilādo cōcutere. in quo docet nullius fidē a diabolo: nisi deo pmittente tentari. THEO. Hec autē petro dixit: eo q fortior alijs erat ⁊ supbire poterat i his q̄ promissa erant a xp̄o. CYRIL. Uel vt ōn̄dat q hoīes nihil exn̄tes q̄tuz ptinet ad humanā nāz ⁊ lubricū mētis n̄re nō decet: vt p̄esse ceteris velit̄: ⁊ iō omissis ceteris venit ad petrū ceteris p̄latuz. vn̄ seqtur: Ego āt roga. p te vt nō deficiat fides tua. CHRY. Nō āt dixit: Ego pmisi: sz oraui: humiliter.n. loqtur tēdēs ad passionē: vt humanitatē demōstret. nā q nō depcatiōe sz iperio dixerat: Sup hanc petrā edificabo ecclesiā meā. ⁊ tibi dabo claues regni celoꝝ: quō op⁹ habebat orōne vt cōcitatā vnius hoīs aiam coerceret? Nō āt dixit: Rogaui. vt nō neges: sz ne deseras fidē. THEO. Nā ⁊ si paululū agitādus sis habes tn̄ reconditū semen fidei q̄uis deiecerit folia sp̄us tētatoris: viget tn̄ radix. petit g̊ sathanas te ledere tāq̄ inuidens tibi de mea dilectiōe: sz q̄uis egomet pro te sim depcatus: tu tn̄ delinq̄s. vn̄ seqt̄: Et tu aliqn̄ cōuer. cōfir. fra. tuos. q.d. Postq̄ me negato ploraueris ac penitueris: corrobora ceteros: cū te p̄ncipez aploꝝ deputauerim. Hoc.n. decet te q mecū robur es ⁊ petra ecclesie. Hoc āt intelligendū ē non solū de aplis q tūc erāt: vt roborarent̄ a petro: sz ⁊ de oīb⁹ qui vsq̄ ad finē mundi futuri sunt fidelibus: ne. s. aliqs credētiū diffidat: vidēs eū q cū eēt apostolus denegauit ac iterū p penitētiā obtinuit p̄rogatiuā: vt eēt antistes mundi.

CYRIL. Admirare igr̄ exuberātiā diuiē patiētie: ne diffidere discipulū faceret: nōdū patrato crimiē largit⁹ ē veniam: ac iteꝝ ipm in apostolico gradu restituit dicēs. Confirma fratres tuos. BEDA. q.d. Sicut ego tuā fidē ne deficiat orādo ptexi: ita tu i firmiores fratres ne de venia desperent cōfortare memēto. AMBRO. Caue ergo iactantiam: caue seculū. Ille iubet̄ cōfirmare fratres suos q dixit. Oīa relinqmus ⁊ secuti sum⁹ te. BEDA. Q: v̄o se dn̄s dixerat pro fide petri rogasse cōscius ille p̄sentis affectus fideiq̄ feruētis: sed futuri casus nescius nō credit se vllatenus ab eo posse deficere. vn̄ seqtur: Qui dixit ei. Dn̄e te. pa. sum ⁊ in car. ⁊ in mor. ire. THEOPHI. Pre nimia qdē dilectiōe flāmescit ⁊ ipossibilia sibi pollicet̄. Decebat autē audito semel a v̄itate q tentand⁹ eēt nō ampli⁹ cōtendere. Sz dn̄s vidēs eū p̄sūptuose loq̄ntē: pmit tētariōis speciē. s. q negatur⁹ eēt. vn̄ seqt̄. Et ille dixit: dico tibi petre n̄ cātabit hodie gallus: dōcc ter abneges nosse me. AMBRO. Petrus qdē ⁊ si sp̄ū p̄ōptus corporis: tn̄ adhuc ifirmus affectu denunciat̄ dn̄m negaturus. Neq̄.n. poterat diuine cōstātiā intētionis eq̄re. Passio dn̄i emulos hz: pares n̄ hz:

THEOPHI. Hic aūt maguā doctrinā hauirim⁹: q non sufficit hūnaū ppositū absq̄ diuino subsidio. Petrus.n. q̄uis feruēs eēt: derelict⁹ tn̄ a deo: subplātatus fuit ab hoste.

BASI. Sciēdū āt q deo pmittēte timorati lapsuz patiūtur q̄nq̄ ad fast⁹ p̄cedētis remediū. Sz q̄uis idē videatur eē delictū timorati ⁊ alioꝝ: refert nō modicū: nā timorat⁹ ex qbusdā isidijs ⁊ pene put voluit peccauit. Alij v̄o nullā gerēdo curā neq̄ sui nz dei peccāt: nō distiguētes iter peccare ⁊ agere v̄tuose. vn̄ reor ⁊ iussiōis modū in eis dēre fore diuersuz. nā timorat⁹ quodā iuuamiē idigēs: ⁊ circa eandē rē erga quā peccauit iussa dz pferre. Alij v̄o cū totū bonū aīe d̄struxerit: affligi ⁊ moueri ⁊ p̄ceptis subijci dn̄t quousq̄ ratū sit illis deū iustū iudicē eē ⁊ cōtremiscāt. AVGV. de cō. eu. ā. Hoc āt qd h dr̄: de petri negatiōe p̄dcā: oēs qdē euāgeliste cōmemorant: sz nō oēs ex vna eadēq̄ occasione sermones ad eā cōmemorandā veniūt. nā matthe⁹ ⁊ marcus eā subnectūt postea q̄z dn̄s egressus est ex illa domo vbi manducauerant pasca. lucas vero ⁊ Ioannes anq̄z inde eēt egressus. Sed facile possemus itelligere aut illos duos ea recapitulādo posuisse: aut istos poccupādo: nisi magis moueret q tā diuersa nō tn̄ verba: sed ēt snias dn̄i premittāt qb⁹ pmot⁹ petr⁹ illā p̄sumptionē p̄ferret: vl' p dn̄o vel cū dn̄o moriēdi vt magis cogāt itelligi ter eū expssisse p̄sumptionē suaz diuersis locis sermonis christi: ⁊ ter illi a dn̄o respōsum: q eum ante galli cantū ter esset negaturus.

¶ Et dixit eis. Qn̄ misi vos sine sacculo ⁊ pera ⁊ calciamētis nūqd aliqd defuit vob? At illi dixerūt: Nihil. Dixit ergo eis: Sz nūc q hz sacculū tollat silr ⁊ perā. Et q nō hz vēdat tunicā suā ⁊ emat gladiū. Dico.n. vob qm̄ adhuc hoc qd scriptū ē oz ipleri in me: ⁊ cū iniquis deputat⁹ ē. Eteni ea q̄ sūt d me finē hn̄t. At illi dixerūt. Dn̄e ecce duo gladij hic. At ille dixit eis: Satis est.

per gladio inun / imminentem insid / iudeorum ... / gladius ... / ...

CYRIL. Predixerat aūt dn̄s petro q eū eēt negaturus tpe. s. sue captionis. Sed q semel facta est mētio de captione ei⁹: cōsequēter nūciat supuenientē cō iudeos cōflictū. vn̄ dr̄: Et dixit eis: Qn̄ misi vos sine sacculo ⁊ pera ⁊ calciamētis nunqd aliqd defuit vobis? Miserat.n. saluator sanctos apostolos p̄dicare ciuitatib⁹ ⁊ oppidis regnū celoꝝ: precipiens vt euntes nullius corporalium curā gererent: sed in eo totā spem viuendi reponerent. CHRY. Sicut autez qui docet natare circa principiuz quidem manus suas supponens: attentius sustentat suos discipulos: postea v̄o plerunq̄ manum abstrahens iubet vt sibi opituletur: quinimo ⁊ paululum emergi permittunt: ita ⁊ christ⁹ fecit discipulis: In exordijs quidem presto in cunctis eis aderat: parans eis vberrime affluentiam omniuz. vnde sequitur. At illi dixerunt Nihil. At vbi oportebat ⁊ pprias vires ōn̄dere: subtraxit eis aliquātulū grām: iubēs eis ex se nōnulla p agere: vn̄ seqt̄: Dicit ergo eis: sz nūc q hz sacculū quo. s. portat̄ pecunia: Tollat silr ⁊ perā. q̄. s. portant̄ cibaria. Et qdē qn̄ nec calciamēta nec çonā hēbant: baculū nec es: nullius passi sunt penuriā vt aūt marsupiū cōcessit eis ⁊ perā esurire vident̄ ⁊ sitire ⁊ nuditatē pati: ac si eis diceret. Hacten⁹ cūcta vobis vberrime affluebant: nūc aūt volo vos ⁊ iopiā experiri: ideoq̄z nō addico necessitati pristine legis: sed mādo ⁊ loculū habere ⁊ perā. Poterat aūt ⁊ deus vsq̄ in finē eos in tanta constituere copia: sed noluit ob multas causas primo quidem vt nihil sibi tribuerent: sed recognoscerent totum emanasse diuinitus. secundo vt moderari sibi sciāt. tertio ne maiora de se opinentur. Horum igitur causa permittens eos incurrere multa inopinatoꝝ: relaxauit poris legis rigorem: ne grauis ⁊ intolerabilis fieret eis vita.

BEDA. Non eniz eadem viuendi regula persecutionis qua pacis tempore discipulos informat: missis quidem discipulis ad predicanduz: ne quid tollerent in via precepit: ordinans scilicet vt qui euangelium nunciat de euangelio viuat. Instante vero mortis articulo: ⁊ tota gente pastorez simul ⁊ gregem persequente: congruam tempori regulam decernit: pmittens vt tollāt victui necessaria: donec sopita insania psecutoruz temp⁹ euangeliçandi redeat. vbi nobis quoq̄ dat exemplum: iusta nonnūquā cā instante: quedaz de nostri propositi rigore posse sine culpa itermitti. AVGV. contra faustū. Nulla ergo instantia p̄cipiētis sz ratione dispensātis pro temporum diuersitate precepta vel consilia vel permissa mutantur. AMBRO. Qui autem ferire prohibet: cur emere gladium iubet: nisi forte vt sit parata defensio: non vltio necessaria: ⁊ videre potuisse vindicari sed noluisse: vnde sequitur: Et qui nō habet scilicet sacculum: Uendat tunicam suam ⁊ emat gladium. CHRY. Quid est hoc? q dixerat: Siquis te pcusserit i dextera gena v̄tas ei ⁊ aliā: nūc armat discipulos: ⁊ solo gladio: nā si penitus armare decebat: nō solū oportebat gladiū possidere: sz ⁊ scuta ⁊ galeas. Sz ⁊ si mille huiusmodi possiderēt arma: pro tot insultib⁹ ⁊ isidijs pploꝝ: tyrannoꝝ: vrbiū: nationū:

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

qliter.xi.cōparerent:τ ex solo aspectu agminū non ɔtremiscerent:nutriti in stagnis τ fluuijs. Non ergo putemus eū iussisse vt gladios possiderēt:sʒ p gladios innuit iminētes īsidias iudeoꝝ.vñ seqtur:Dico.n.vo.qm̄ adhuc hoc qđ scriptuʒ est oꝫ ipleri i me:Et cū iniqs deputat⁹ est. THEO. Cū.n.ipse īter se supra de p̄rogatiuis ɔtenderit:Nō est inqt tps p̄rogatiuaꝝ:imo piculoꝝ excidiū. nā ego magister vester ducor ad mortē n̄ honorabilē cū ipijs deputādus. Etenim ea q̄ sunt de me.s.p̄dicta finē hn̄t.i.ipletioneʒ. Uolens ergo violētū insultū īnuere:meminit gladij:nec prorsus reuelauit:ne tangerent̄ accidia:nec prorsus obticuit:ne repētinis aggressib⁹ fluctuarēt. sʒ postea recolētes mirarētur: quō se ipm̄ p̄ciuʒ exhibuit passiōi p salute hūana. BASI. Uel dn̄s nō iubet portare marsupiū τ perā τ emere gladiū sʒ p̄dicit futuꝝ: q͛.s.apl'i obliti tpis passiōis donoꝝ τ legis dn̄i auderēt sumere gladios.sepius.n.scriptura vtit̄ iperatiua s̄monis specie loco pphetie. In plurib⁹ tn̄ libris n̄ inuenit̄:accipiat:tollat:vel emat:sʒ tollet τ emet. THEO. Uel p hoc p̄nunciat eis q͛ incurrerēt famē τ sitim:qđ innuit p perā:τ aduersitates nō nullas:qđ innuit p gladiū. Uel aliter: q͛ dn̄s dicit:Qui hēt saculū tollat sil'r τ perā. videt̄ sermo ad discipl'os fieri: sʒ reuera respicit quālibet iudei p sonā.q.d.Si qs iudeoꝝ abūdat facultatib⁹ ɔgestis oībus fugiat.Si āt qs vltima opp̄ssus penuria colit regioneʒ:hic ēt amictū vendat τ gladiū emat. Inuadet.n.eos itolerabilis ipetus pugne vt nihil ad resistendū sufficiat.Deinde pādit hoꝝ maloꝝ cām:q͛.s.passus ē penā pphanis debitā cū latronibus crucifixus.Et cū ad hoc puentū fuerit:sumet finē v̄buʒ dispēsatiōis.Persecutoribus āt accidēt q̄ a pphetis sunt p̄dicta.Hec igit̄ dn̄s p̄dixit de futuris regiōi iudeorum sed discipuli non intelligebant profunditatem dictorum putātes ob futuꝝ pditoris insultū gladijs opus esse. vñ seqtur:At illi dixerūt:Dn̄e ecce duo gladij hic:At ille dixit eis:Satis est. CHRY.Et qdeʒ si hūano eos volebat vti auxilio nec cētū sufficerent gladij: q͛ si nolebat eos vti hūano subsidio:ēt duo supuacui sūt. THEO. Noluit g̊ dn̄s eos rep̄hendere q̄si nō intelligētes:sʒ dicēs satis ē:eos dimisit.Sicut cum nos aliquē alloquentes cum vidimus nō intelligere qđ dicitur dicimus:bene: sine ne ipsuʒ molestemus.Quidā āt dicūt dn̄ʒ ironice dixisse:Satis ē.q.d.ex quo duo sūt gladij sufficiāt nobis ad tātā m'titudinē: q̄ta nos dʒ inuadere. BEDA.Uel duo gladij sufficiūt ad testimonium sponte passi saluatoris: vnus qui τ apl'is audaciā p dn̄o certādi τ dn̄o virtutē medicādi doceret iesse: alter q neq̄q̄ vagina exēpt⁹:oñderet eos nec totū qđ potuere p ei⁹facere defensiōe pmissos. AMBRO.Uel q͛ lex referre nō vetat:fortasse petro duos gladios offerēti satis eē dicit:q̄si licuerit vsq; ad euāgeliū: vt sit in lege eqtatis eruditio:in euāgelio bonitatis pfectio.Est ēt gladi⁹ spiritalis vt vēdas p̄imoniū τ emas v̄bū quo mētis penetralia vestiunt̄.Est ēt gladi⁹passionis:vt exuas corp⁹: τ imolate carnis exuuijs emat̄ tibi sacra corona martyrij. Mouet adhuc q͛ duos gladios discipuli ptulerūt ne forte vnū noui:vnū veteris testamēti sit:qbus aduersus diaboli armamur insidias.Deinde dicit dn̄s:Satis est quasi nil desit ei quē vtriusq; testamēti doctrina munierit.

¶ Et egressus ibat s̄ʒ ɔsuetudinē i mōtē oliuaꝝ. Secuti sūt āt illū τ discipuli. Et cū puenisset ad locū dixit illis: Orate:ne itretis i tētationeʒ. Et ipse auulsus ē ab eis quātū iact⁹ ē lapidis τ positis genib⁹orabat dicēs: Pater si vis trāsfer calicēʒ istū a me. Uerūtn̄ n̄ mea volūtas sʒ tua fiat.

BEDA.Tradēdus a discipulo dn̄s ɔsueti secessus locuʒ quo facillime repiri possit adit.vñ sequit̄: Et egressus ibat s̄m ɔsue. i mō.oli. CYRIL.De die nāq; ɔuersabat̄ hierolosolymis:obscura v̄o nocte succedēte i mōtē oliuaꝝ cuʒ suis ɔuersabat̄ discipulis.vñ subdit̄:Secu.sūt autē il.τ di.

BEDA.Pulchre āt sui corpis mysterijs ībutos i mōteʒ oliuaꝝ discipulos educit:vt oēs i morte sua baptiçatos sanctispūs charismate ɔfirmādos eē dsignet. THEOPHI. Post cenā āt neq̄q̄ icrtia τ ioc⁹ τ somn⁹ occupāt dn̄m: sed orō τ doctrina.vñ seqt̄.Et cū pue.ad lo.di.illis.Orate ne intretis in ten. BEDA.Impossibile qdē ē humanā aīaʒ nō tētari.vñ nō ait:Orate ne tētemini:sʒ orate ne itretis i tētationē.B ē ne tētatio vos supet vltia. CYRIL.Sʒ ne sol' v̄bis eis pdesset:pcedēs paululū orabat.vñ sequit̄. Et ipse auul.ē ab eis q̄tū iact⁹ ē lapidis:vbiq; iuenies eū semotuʒ orātē:vt discas q͛ aīo attēto τ corde qeto colloquēduʒ ē cū deo sublimi.Nō āt q̄si egēs alieni suffragij p̄cib⁹ īsistebat: q ē oīpotētissima v't⁹p̄ris:sʒ vt discam⁹ nō eē in tētationib⁹ dormitādū:sʒ magis orōnib⁹ īsistēdū. BEDA.Solus ēt orat p oīb⁹q solus erat passur⁹ p oīb⁹ significās tātū orōnē suā q̄tū τ passionē a nr̄a distare. AVGV.de q.euā.Auulsus ē āt ab eis q̄tū iact⁹ ē lapidis:tāq; typice admouerit:vt i eū dirigerēt lapidē.i.vsq; ad ipʒ pducerēt itētionē legis q̄ scripta erat in lapide. GREGO.nisen⁹.Quid āt sibi vult flex⁹ genuū de quo dr̄.Et posi.geni.ora.hūan⁹qdē vsus est pnos terre supplicare maiorib⁹:scō oñdētes fortiores eē q rogant̄.Pr̄ā ē āt hūanā nāʒ nihil hr̄e deo ɔdignū.Et ideo honorifica signa q̄ iuicē exhibem⁹:fatētes nos humiliores eē respectu excellētie pximi:trāsūpsim⁹ad obseq̄a icōpabilis nāe.vñ ille q nr̄os lāguores portauit:ac p nobis itercessit p hoieʒ quē sūpsit genuflectit orādo:sanciēs nō eē superbiēdū orōnis tpe:sʒ p oīa hūilitati ɔformādū:q͛ de⁹ supbis resistit:dat āt hūilib⁹ grām. CHRY.Quelibet āt ars v̄bis τ opib⁹oñdit̄ ab eo q docet.q͛ g̊ dn̄s venerat docturus nos q̄libet v̄tutē:ob hoc eadē dicit τ facit.vñ q͛ iusserat v̄bis orare:ne itrarēt i tētationē:hoc ēt ope docet. Seqt̄.n. Dicēs:Pr̄ si vis trāsf.ca.istū a me. Nō dicit:Si vis.q̄si ignorās an p̄ri placeret.nʒ.n.magis ardua cognitio ē hac cognitiōe p̄rne substātie quā ipse solus pspicaciter nouit s̄m illō: Sic̄ nouit me p̄r:τ ego no.p̄reʒ.nʒ hoc dicit q̄si respuēs passionē.Qui.n.ɔminat⁹ ē discipulo volēti ei⁹ passionē ipedire vt sathanā eū vocaret p⁹ m'ta p̄conia:q̄liter crucifigi nolebat? Cur igit̄ ita dictū ē ɔsideres quātū erat audire:q͛ deus ieffabilis:q quēlibet itellectū trāscēdit voluit vteꝝ subire v̄gineū:lac suggere:τ hūana q̄q; pati.qm̄ g̊ fere icredibile erat qđ erat futuꝝ:p̄mo qdē misit pphetas B nūciātes: postea ipse idut⁹carne veniēs:vt nō phātasma putaret̄:pmittit carnē ferre nāles defect⁹:esurire:sitire:τ dormire:laborare:affici:τ anxiari:ob hoc recusat̄ mortē:verā hūanitatē demōstrās. AMBRO.Dicit g̊. Si vis trāsfer a me cali.istū q̄si hō mortē recusans:q̄si de⁹s̄niam suā s̄uās. BEDA.Uel trāsferri a se calicē postulat.nō qdē timore patiēdi:sʒ mīa p̄oris populi:ne ab illo bibat calicē ppinatū.vñ τ signāter nō dicit:Trāsfer a me calicē:sʒ calicē istū:hoc ē populi iudeoꝝ:q excusationē ignorātie hr̄e nō p̄ōt:q me quotidie vaticināt̄. DIONY.Alexādrin⁹.Ul' q͛ dicit:Trāsfer calicē istū a me:nō ē hoc:nō adueniat mihi:nisi.n.aduenerit trāsferri nō poterit.Igit̄ vt sensit iā p̄sentē:cepit affici τ tristari:τ q̄si iā ppinquāte eo dicit: Trāsfer calicē hūc. Sic̄.n.qđ p̄terit:nec itactū ē nec pmanēs:sic τ saluator leuiter iuadētē tētationē flagitat pelli:τ hoc ē nō itrare i tētatiōnē:qđ ɔsulit eē orādū:pfectissim⁹āt mod⁹tētatiōes euitādi māifestat̄ cū dr̄.Uerūtn̄ nō mea volūtas:sʒ tua fiat.De⁹.n. inexptus ē maloꝝ.Uult aūt nobis bona largiri supra id qđ petim⁹ vel itelligimus: ergo pfectā voluntatem patris quā ipse nouerat:petit sortiri effectum:que eadem est τ sua s̄m deitatem.Renuit aūt impleri humanam voluntatem quā dicit suaʒ:paterna volūtate minorē. ATHANA. Geminuʒ.n.hic velle oñdit: alteꝝ qdeʒ humanū qđ ē carnis:alteꝝ v̄o diuinū:humanitas.n.ob carnis fragilitatē recusat passionē:sʒ diuinus ei⁹ affectus affectāter eaʒ subijt: eo q͛ n̄ esset possibile eū detineri a morte. GREGO.nisenus:Apollinaris āt asserit q͛ xp̄s n̄ habuit s̄ʒ terrenā nāʒ ppriā voluntatē:sʒ solū in xp̄o est volūtas dei:q de celo descendit.Dicat ergo quā volūtateʒ vult dn̄s nequaq̄ euenire:Neq;.n.deitas aufert ppriā volūtatē. BEDA.Appropinquās ēt passioni saluator:īfirmantiū in se vocē sūpsit:vt cū hoc iminet qđ fieri volumus:sic p infirmitatē petamus vt non fiat quatenus p fortitudinē parati simus:vt voluntas ɔditoris nostri ēt ɔtra nostrā voluntatem fiat.

¶ Apparuit aūt illi angelus de celo ɔfortās eū. Et factus in agonia plixi⁹ orabat. Et factus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentis in terram. Et cū surrexisset ab oratione τ venisset ad discipulos suos:inuenit eos dormientes pre tristicia. Et ait illis: Quid dormitis? Surgite τ orate:ne intretis in tentationem.

THEOPHI.Ut nobis īnotesceret oratiōis virtus:q̄tenus eā in aduersis p̄ponamus orās dn̄s ab angelo ɔfortat̄:vt dicit̄:Apparuit āt illi angelus de celo ɔfortans eū. BEDA.Alibi legimus q͛ angeli accesserunt τ ministrabant ei:In documēto g̊ vtriusq; nature āgeli:τ ei ministrasse:τ eū ɔfortasse dicunt̄.Creator.n.creature sue nō eguit p̄sidio:sʒ hō factus:sicut pp nos tristis ē:ita pp nos ɔfortat̄. THEO.Quidā aūt dicūt:qm̄ apparuit ei angelus glorificās eū τ dicēs:Domie tua ē v̄tus.tu nāq; potes ɔtra mortē τ infernū gen⁹ hūanū liberare. CHRY.Et q͛ nō phātastice sʒ vere nostrā carnē suscepit.vt approbet dispēsatiōnis veritatē:τ opilet hereticoꝝ ora: queq; hūana sustinet. Seqt̄.n.Et fa.in agonia plixi⁹ orabat. AMBRO.Horrēt pleriq; hoc loco.q tristiciā saluatoris ad argumētū inolite potius a principio q̄ suscepte ad tp̄s ifirmitatis iclināt. Ego aūt non solū excusandū nō puto:sʒ nusq̄ magis pietatē eius maiestatēq; demiror.Minus.n.ɔtulerat mihi:nisi meū suscepisset affectū.Suscepit.n.tristiciaʒ meā vt mihi suaʒ leticiā largiretur.Confidenter tristiciā nomine: quia cruceʒ predico.Debuit ergo dolorē suscipere:vt vinceret. Neq;.n.habent fortitudinis laudē q stuporē magis vulnerū tulerint q̄ dolorem. Nos ergo voluit erudire: quēadmodū mortē:τ qđ est amplius:future mortis mesticiā vincerem⁹.Doles ergo dn̄e nō mea:sed tua vulnera. Infirmatus est.n.ppter delicta nr̄a:τ fortasse tristis est iō q͛ p⁹ adē lapsū tali trāsitu nobis erat ex hoc seculo recedēdū:vt mori eēt necesse. Nec illud distat a v̄o.Sed tristis erat p psecutoribus suis:quos sciebat in malis sacrilegij penas daturos. GREGO.xxiiij.mora.Appropiuquāte ēt morte nostre mentis in se certamē expressit:qui viʒ quādā terroris ac formidīs patimur:cū p solutionē carnis eterno iudicio ppinquam⁹nec imerito:qm̄ aīa post pusillū hoc iuenit qđ in eternum mutare nō possit. THEOPHI.Q autem humane nature foret p̄missa oratio.non autē diuine:vt dicunt arriani:patet ēt ex eo quod subdit.Sequitur.n.Et fa. est su.ei⁹sicut gutte sang. decurrētis in terram. BEDA. Nemo sudorē hūc īfirmitati deputet:q͛ ɔ nāʒ ē sudare sanguinē:sʒ poti⁹itelligat p B nobis declaratū q͛ effectū iā sue p̄cis obtineret:vt.s.fidē discipuloꝝ quā terrena adhuc fragilitas arguebat:suo sanguie purgaret. AVGV.in sentē. psperi.Orans ēt cuʒ sudore sanguineo dn̄s significabat de corpe suo toto qđ ē eccl'ia manatura martyria. THEOPHI.Uel hoc prouerbialiter dicitur de eo qui vehemēter sudauit:q͛ sudauit sanguinē.Uolens igit̄ euāgelista innuere q͛ grossis sudoꝝ guttis madebat: sumit guttas sanguinis ad exēplū. Post hoc aūt īueniēs discipulos dormiētes pre tristicia īproperat eis:simul admonens vt orarent. Seqtur enī:Et cū surrexisset ab orati.τ venit̄.ad disci.suos īuenit eos dormiētes pre tristicia. CHRY.Erat enī itēpestū noctis:τ discipuloꝝ oculi pre angustia p̄mebantur: τ erat somn⁹ non torporis:sed meroris. AVGV.de ɔsen. euange.Non autem expressit hic lucas quota oratiōe dn̄s ad discipulos venerit: nihil tamen hoc mattheo τ marco repugnauit. BEDA.Demonstrat autem dominus consequēter:q͛ pro discipulis orauerit:quos monet orationuʒ suarum vigilando:τ orando existere participes. Sequitur enim.Et ait illis.Quid dormitis surgite τ orate ne intretis in tentationem. THEOPHI.Hoc est ne a tentatione superentur.Hoc enim est non induci in tentationem: non demergi ab ea.Uel simpliciter nos iubet orare: vt tranquilla sit nostra vita nec īmergamur in aliquod molestorum. Diabolicum enim est τ superbum queq̄ se in tentationem precipitare.vnde τ iacob⁹nō dixit.Inijcite vos in tentationes:sed cum incideritis:omne gaudium existimate: de iniuto voluntarium facientes.

¶ Adhuc eo loquente:ecce turba: τ qui vocabatur iudas vnus de duodecim antecedebat eos: τ appropiquauit iesu:vt oscularetur eū. Iesus aūt dixit illi: Iuda osculo filiū hominis tradis? Uidentes aūt hi qui circa ipsum erant quod futurum erat:dixerūt ei. Domine:si percutim⁹ in gladio? Et percussit vn⁹ ex illis seruū principis sacerdotū: τ amputauit auriculam ei⁹ dextraʒ. Respondens aūt iesus ait. Sinite vsq; huc. Et cū tetigisset auriculam ei⁹ sanauit eū. Dixit aūt iesus ad eos:q venerant ad se principes sacerdotū τ magistrat⁹ tēpli τ seniores: Quasi ad latronem existis cū gladijs τ fustib⁹. Cū quotidie vobiscū fuerim in tēplo nō extendistis man⁹in me. Sed hec est hora vestra τ potestas tenebrarū.

GLO.Premissa oratione christi:subijcitur de eius proditione:qua a discipulo prodit̄.Dicitur enim.Adhuc eo loquente ecce turba τ qui vocabat̄ iudas vnus de duodeciʒ antecedebat eos: CYRYL.Dicit autem qui vocabatur iudas:quasi nomē eius habens exorsum:addit auteʒ vnus de.xij.ad significantiā nequitie proditoris: Nā qui honoratus fuerat eque apostolis:fact⁹est occasionis causa in xp̄m.

CHRY.Sicut enī insanabilia vulneꝝ nec austeris medicamētis obediūt nec demulcētib⁹:sic aīa vbi semel ē captiuata:τ si ipsam dederit cuicūq; peccato:nullū emolumētum ex admonitionibus cōsequet̄:quod τ inde accidit a proditione nō cessanti:q̄uis oī modo doctrine esset a xp̄o cohibitus.vnde seqtur:Et appropinquauit iesu vt oscularetur eum. CYRIL.Immemor enim glorie xp̄i:putauit forsitan posse latēter agere:ausus precipuū dilectionis signum organū efficere doli. CHRY. Non aūt discedēdum ē a fratrum admonitione: quanq̄ nihil propter nostra verba eueniat:nam τ riuuli τ si nullus hauriat fluunt: τ si forsan non persuaseris hodie:poteris forsan cras. Piscator enim per totam dieʒ:vacua trahens rhetia circa sero piscem capit.vnde dominus:τ si sciret iudaʒ non conuertendum: nō destitit facere:que sua intererat.Sequitur enīʒ:Iesus aūt dixit ei.Iuda osculo filiuʒ homi.tradis? AMBRO.Per interrogationem pronunciandū puto: quasi amantis affectu corripiat pditorē. CHRY.Propriū aūt nomē ponit qđ magis dolentis erat τ reuocātis: q̄ prouocati ad iram.

AMBRO.Dicit āt.Osculo tradis:hoc ē amoris pigno

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

re vulnus infligis: & pacis istrumento mortẽ irrogas? Seruus dñm: discipulus ꝓdis magistrum: electus auctorem.
quieturos. Et sicut deus postq̃ fecit hominem ad ymaginẽ ⁊ similitudinem suam: ⁊ perfecit omnia opera sua bona valde: requieuit septimo die: sic ⁊ tibi requiem non speres: nisi cum redieris ad similitudinem in qua factus es: quã peccato perdidisti: ⁊ nisi cũ bona fueris operatus. AVGV. quarto super genesim ad litteram: Dici ergo probabiliter potest ad seruandum sabbatum iudeis fuisse preceptum in vmbra futuri: que spiritualem requiem significaret: quam deus exemplo quietis sue: fidelibus bona opera faciẽtibus archana significatione pollicebatur. AVGV. super ioannem: Erit enim sabbatum huius seculi cum transierint sex estates: quasi sex dies seculi: tunc enim uentura est requies que promittit̃ sanctis. AVGV. quarto super genesim ad litteram. Cuius etiam quietis ipse dominus iesus mysterium sua sepultura confirmauit. Ipso quippe die sabbati requieuit in sepulchro: postq̃ sexto die consummauit opera sua quando ait: Consummatum est. Quid ergo mirum si de us istum diem quo erat christus in sepultura quieturus: volens etiam hoc modo pronunciare ab operibus suis in uno die requieuit: deinceps opaturus ordinem seculoꝝ: Potest etiam intelligi: ocũ requieuisse a cõdendis generibus creaturc: qz vltra iam non condidit aliqua genera noua. Deinceps autem vsq̃ nunc ⁊ vltra operatur eorundem generũ administrationem que tunc instituta sunt: non vt ipso saltẽ die septimo potentia eius a celi ⁊ terrre omniumq̃ rerum quas condiderat gubernatione cessaret: alioquin continuo dilaberentur. Creatoris nãq̃ potentia causa est subsistendi oi creature: que ab eis que creata sunt regendis si aliquando cessaret: simul ⁊ eorum cessaret species: omnisq̃ natura concideret: neq̃ enim sicut structuram ediũ cuꝝ fabricaue rit qs abscedit: atq̃ illo cessante stat opus eius: ita mundus vir ictu oculi stare põt: si ei deus regimeu suũ subtraxerit: proinde quidem dominus ait: Pater meus vsq̃ modo operatur continuationem quandam opis eius: que vniuersam creaturam continet atq̃ administret: ostendit. Aliter enim posset intelligi si dicerꝫ: Et nũc operatur: vbi nõ esset necesse vt operis continuationem acciperemus. Aliter autem cogit intelligi cum ait: Usq̃ nũc ex illo scilicet quo cuncta cuꝝ cõderet operatus est. AVGVSTINVS super ioannẽ. Ergo tanquaꝫ diceret iudeis: quid expectatis vt non operer sabbato: Sabbati dies vobis ad significationem meaꝝ preceptus est. opera dei attenditis: p me facta sunt omnia. operatus est pater lucem: sed dixit vt fieret: si dixit verbo opatus est: ⁊ verbum eius ego sum. Pater meus ⁊ nũc operatus est cum fecit mundum: ⁊ vsq̃ nunc operatur: cũ regit mũdũ. ergo ⁊ per me fecit: cuꝝ fecit: ⁊ per me regit: cũ regit. CHRY. Et quidem xps cum discipulos excusare oportebat: dauid conseruum eorũ in mediũ ferebat. Quãdo vero de seipso erat accusatio: ad patrem refugit. Cõsiderandũ etiã q̃ neq̃ vt homo solum excusat: sed neq̃ vt deus soluꝫ: sed quãdoq̃ hoc quãdoq̃ illo modo: Uolebat enim vtrũq̃ credi ⁊ cõdescensionis dispẽsationem ⁊ deitatis dignitatẽ. vnde hic equalitatẽ sui ad patrẽ ostẽdit: ⁊ in dicẽdo eum patrẽ singulariter. Dicit enim pater meus: ⁊ in agendo eadem illi. Dicit enim: ⁊ ego operor. vnde sequitur: Propterea ergo magis querebãt eum iudei interficere: quia nõ solum soluebat sabbatum: sed ⁊ patrẽ suum dicebat deum. AVGV. Nõ quõcũq̃: sed quid: equalẽ se facit deo. naꝫ oẽs dicimus deo: Pater noster q es in celis. Legimus ⁊ iudeos dixisse: Tu es pater noster. ergo nõ binc irascebantur: quia patrem suum dicebat deum sed q̃ longe alio modo q̃ homines.

AVGV. de cõ. euã. Dicẽdo. n. pater meus vsq̃ mõ operatur: ⁊ ego operor. q̃ ei esset equalis voluit intelligi: consequẽs esse oñdẽs: vt qm̃ pater operat̃. ⁊ filius opetur: quia pater sine filio nõ operatur. CHRY. Si vo non naturalis est filius nec eiusdẽ substantie: hec excusatio maioꝝ accusatione esset. Nõ enim prefect⁹ regalẽ legẽ trãsgrediẽs poterit effugere: si accusatus se excusset dicens: Quoniaꝫ rex solvit legem. Sed quia par est dignitas filij ad pr̃em propterea perfecta excusatio ẽ. sicut igitur pater operãs sabbato absolutus est a crimine: ita et filius. AVGV. Ecce itelligũt iudei quod non intelligunt arriani. Arriani qppe equalẽ dicũt filium patri: ⁊ ide hereſis pulsat ecclesiã. CHRY. Qui vero nolunt cum bona mente hoc suscipere: dicunt q̃ christus non fecit se equalem deo. sed iudei hoc suspicabãt: sed ad hoc per ea que supradicta sũt superueniam⁹. Manifestum enim est q̃ iudei persequebant̃ christũ: ⁊ q̃ soluebat sabbatum: ⁊ q̃ dicebat patrem suum deũ. vnde ⁊ qõ consequenter adiungitur: Equalem se faciens deo. adhereret premissis in veritate. HYLA. vy. de trini. Expositio enim ẽ euangeliste causam demonstrãtis cur oñm iudei iterficere vellent. CHRY. Et iterũ: si ipse hocipsum volebat astruere: sed iudei hoc inaniter suspicabant̃: non dimisisset dominus eorum mentem in erroꝛe: sed correxisset. neq̃ enim euangelista hoc tacuisset sicut supra ỏ eo quod dictum est: Soluite templuꝫ hoc. AVGV. Nõ tñ iudei itellexerũt christum: esse filium dei: sed itellexerunt i verbis christi: qz talis commendaret filius dei. q̃ equalis esset deo: qz ergo nesciebãt: talẽ tamẽ p̃dicari agnoscebãt. Ideo dicit: Equalẽ se faciẽs deo: nõ aũt ipse se faciebat equalẽ: ſ ille illũ genuerat equalem.

¶ Respondit itaq̃ iesus ⁊ dixit eis: Amẽ amen dico vobis: non potest filius a se facere quicq̃: nisi quod viderit patrez faciẽtẽ. Quecunq̃ enim ille fecerit: hec ⁊ filius similiter facit. Pater enim diligit filium: ⁊ omnia demonstrat ei que ipe facit: ⁊ maiora his demonstrabit ei opera vt vos miremini.

HILA. vy. de trinitate: Ad violati sabbati obiectuꝫ sibi reatum dixerat: Pater me⁹ vsq̃ modo operat̃ ⁊ ego opor: vt vsurpasse hoc ex auctoris intelligeret̃ exemplis. Significans tamen hoc quod ipse ageret patris opus esse intelligẽdum: ga ipse in se oparetur opante: ⁊ rursum aduersuꝫ eã inuidiam q̃ se deo equasset paterni nominis vsurpatione: volens ⁊ natiuitatem confirmare ⁊ nature virtutem profiteri: respondit. vnde dicitur. Respõdit itaq̃ iesus ⁊ dixit eis: Amen amẽ dico vobis: nõ potest filius a se facere q̃cq̃: nisi quod viderit patrem facientem. AVGV. Quidã q̃ christianos se haberi volunt: arriani beretici dicẽtes ipsum filium dei qui suscepit carnem: minoꝛez esse q̃ pater est. capiunt ex his verbis causam calumnie ⁊ respondent nobis: Uidetis quia dominus iesus cum aduerteret iudeos ex hoc moueri: quia patri deo equalem se faceret: talia verba subiunxit: vt se equalem non esse monstraret. qui enim nõ potest inquiunt a se facere quicq̃: nisi qõ viderit patrem facientem: vtiq̃ minoꝛ est: non equalis. Sed si deus erat verbum: ⁊ est deus maioꝛ ⁊ deus minoꝛ: duos deos colim⁹: non vnum deum. HYLARIVS. septimo de trinitate. Ne igitur exequatio illa per nomen naturam natiuitatis que filij est auferet eidem: ait filiũ ab se nihil facere posse.

AVGV. Tanquam diceret: Quid scandalizati estis: q̃ patrem meum dixi deum: et quia equalem me feci deo: ita sum equalis: vt ille me genuerit: nõ vt ille a me: sed ego ab illo sim filio. Doc ẽ eẽ qõ posse. Quia ergo substãtia filij de pr̃e est: ideo potentia filij de pr̃e ẽ. q̃ ergo filius non ẽ a se: ideo nõ põt a se. sic ergo nõ põt fili⁹ a se facere q̃cq̃: nisi qõ viderit patrem facientem: quia videre filij: hoc est natum esse de patre: Non alia visio eius: ⁊ alia substantia eius. totum quod est de patre est. HYLA. vy. de trini. Ut autẽ maneret salutaris in patre ⁊ filio confessionis nr̃e ordo naturam natiuitatis ostendit: que potestatẽ efficiẽdi: non p̃ incremẽta indulta q̃ ad vnũqõq̃ opus virtũ sumeret: ſ de cognitõe presumeret. p̃sumeret aũt nõ de aliquo operis corporalis exemplo: vt qõ pr̃i⁹ pater faceret: id postea filius faceturus eẽt. sed cũ ex patre fili⁹ eẽt nat⁹ p̃ virtutis ac nature in se paterne ſciam: nihil nisi quod patrem facientẽ vidisset: filiũ facere posse testatus est. non. n. corporalib⁹ modis de⁹ videt: sed visus ei oĩs in virtute nature ẽ. AVGV. vy. de trini. Doc aũt si p̃pterea dictũ acceperim⁹ qz in forma accepta ex creatura minoꝛ ẽ filij⁹: cõsequẽs erit vt prioꝛ pater sup aquas ambulauerit: ⁊ cetera que filius in carne apparens iter boies fecit: vt possit filij⁹ ea facere. qs aũt vl̃ de lyrus ista sentiat: AVGV. super ioan. Ambulatio trĩ illa carnis supra mare a pr̃e flebat p̃ filiũ. Quãdo. n. caro ambulabat ⁊ diuinitas filij gubernabat: p̃r absens nõ erat: cũ filij⁹ dicat. Pater in me manens ipe facit opera. Cũ ergo dixisſ: Non põt filij⁹ a se facere quicq̃. Ne forte carnalis subripet intellect⁹: vt faceret sibi bõ quasi duos fabꝛos: vnũ magr̃: alterũ discipulũ: vt quomõ ille fecit archam: iste facit alteram: secutus ait: Quecũq̃ enim ille fecerit: hec⁊ filij⁹ similiter facit. Non ait: Quecũq̃ pater facit: ⁊ filius talia similia facit: sed hec eadẽ. Mũdũ p̃: mũdũ filij⁹: mũdũ spũsanctus. Si vn⁹ de⁹ pater: ⁊ filij⁹ ⁊ spũsanct⁹: vnus mũdus factus a patre per filiũ in spũsancto. Dec ergo eadẽ facit. Addit ãt: Similiter: ne alius erroꝛ in aĩo nasceret̃. Uidet̃ enim corpus hoc idẽ facere qõ animus: sed non similiter. animus enim imperat corpori: corpus visibile est: animꝰ inuisibilis: vt faceret aliquid seruus: iubente domino fecit: idẽ ab vtroq̃ factũ est: sed nũqd similiter: Nõ ergo sic pater ⁊ filij⁹: sed hec eadẽ facit ⁊ similiter facit: vt intelligam⁹ simili potentia facere filiũ eadẽ ipsa q̃ facit pater. Equalis igit ẽ patri filius.

HYLA. vy. de tri. Uel alr. Oia ⁊ eadẽ ad oñendaꝫ nature virtutem locutus est. Est igitur natura eadem: cũ eadem omnia posse nature sit. Ubi vero similiter p̃ filiuꝫ oĩa eadem fiũt: similitudo operũ solitudineꝫ quantis excluſit. Dec igitur est vere fidei nostre intelligentia: quia sub vna hac significatione testantur: ⁊ similiter facta natiuitatem ⁊ eadem facta naturam. CHRY. Uel aliter. Totum qõ dicitur: A semetipso non potest filius facere quicq̃: intelligendum est quia nihil contrarium patri: nihil alienũ ab eo facere potest. Ideo autem non dicit: Quoniam nihil cõtrarium facit: sed quoniam nõ potest facere: vt hinc ostendat indissimilitudinem ⁊ certitudinem paritatis. Non enim imbecillitatem filij: sed multam eius virtutem ostẽdit hoc verbum: sicut enim cum dicimus: Impossibile est deuꝫ peccare: non imbecillitatem eius accusamus: sed ineffabilem quandam virtutem eius testamur: ita cuꝫ dicit filius: Nõ possum a meipso facere quicq̃. hoc dicit: quoniam impossibile est eum facere aliquid contrarium patri. AVGV. contra sermo. arrianoꝝ. Doc autem non deficientis est: sed in eo q̃ de patre natus est permanentis: tãq̃ laudabile est omnipotentem non posse mutari: q̃ laudabile est: q̃ omnipotens non potest mori. Potest enim filij⁹ facere q̃ non vidisset patrem facientem. si posset facere q̃ per illum non facit pater: hoc est. Si posset peccare: neq̃ nature immutabiliter bone: que a patre est genita: conueniret. Doc autem quia non potest: non deficienter non potest: sed potenter. CHRY. Dis autem que dicta sunt attestatur qõ sequitur: Quecunq̃ enim ille fecerit: hec similiter ⁊ filius facit. Si enim per seipsum pater oĩa facit: ⁊ filius per seipsuꝫ facit: vt hoc qõ dicit: similiter: maneat: vides qual̃ intelligentia est excelsa: humilitatis autem vba. si enim humili⁹ p̃ducit verba quedã nõ mireris. qz enim persequebant̃ cuꝝ excelsa audientes: ⁊ contrarium deo esse estimabant. parũ per vba remisit. AVGV. Cum ergo dixisset ⁊ se eadẽ facere: ⁊ similiter que facit pater: subdit: Pater enim diligit filium et oĩa demõstrat ei quecũq̃ ipse facit. Ad hoc quod supra dixit: Nisi quod viderit: patrẽ facere: videt̃ ptinere et q̃ omnia demonstrat ei que ipe facit. Sed rursus mortalis cogitatio perturbatur. Dicet enim aliquis: Seoꝛsum facit pater vt possit filius videre quod facit: velut si faber doceat filium artem suã ⁊ demonstret ei quicquid facit. vt possit et ipse facere quod viderit patrem facientẽ. Cum ergo pater facit filius non facit: vt possit videre filij⁹ quod p̃ facit. Pozzo si fixum atq̃ inconcussum tenemus: quia p̃ filiũ oĩa pater facit: anteq̃ faciat demonstrat filio. Ubi etiã demonstrat filio p̃ qõ facit nisi in ipso filio p̃ quẽ facit: si enim pater exempla faciat et filius attẽdat manus patris quẽadmodũ faciat: vbi est illa inseparabilitas trinitatis: Non ergo faciendo demonstrat pater filio: sed demonstrando facit per filium. Uidet enim patrem filius demonstrantẽ anteq̃ aliqd fiat ⁊ ex demonstratione patris et visione filij fit quod fit a patre per filium. Sed dices: ostendo filio meo qõ volo facere: et facit ipse atq̃ ego per ipsum. Sed verba dicturus es filio tuo: sed ipse filius est verbũ patris. Nunquid ergo per verbũ loquereꝛ ad verbũ an quia filius magnũ ẽ verbũ minoꝛa verba transitura erunt inter patrẽ ⁊ filium: ⁊ sonus aliquis ⁊ quasi creatura quedã tpalis extitura erat ex oꝛe patris: et percussiura aurem filij: Remoue oĩa coꝛpalia: simpliciterẽ vide si simplex es: si nõ potes cõprehendere quid sit deus: vel hoc cõprehende quid nõ deus sit: multũ proficies si nõ aliud q̃ ẽ senseris de deo. In mẽte tua vide quod volo dicere: in qua video memoziam et cogitationem. demõstrat memoria tua cogitationi tue carthaginẽ: et quod in illa erat anteq̃ intenderes conuerse ad se cogitationi oñdit. Ecce facta est a memoria demonstratio: facta ẽ in cogitatione visio: ⁊ nulla verba in medio cucurrerũt. Nullũ ex coꝛpore signũ datũ est: sed tñ oĩa que in memoria tenes fozinsecus accepisti. Pater que demonstrat filio non accepit extrinsecus. intus totũ agitur: quia nihil creaturarũ esset extrinsecus nisi pater hoc fecisset per filium: et eam pater demonstrando fecit: quia per filium videntẽ fecit. Sic ergo demonstrans pater filij visionẽ gignit: quemadmodũ pater filium gignit. Demonstratio quippe generat visionẽ: non visio demõstrationẽ. qõ si purius ⁊ perfectius intueri valeremus: fortasſis inueniremus nec aliud esse patrẽ aliud eius demonstratiõez: nec aliud filiũ aliud eius visionem. HYLA. vy. de trini. Non igitur per ignoꝛationem credendus est vnigenitus deus doctrina demonstrationis eguisse. Demonstratio enim operum nihil aliud hic nobis preterquam natiuitatis fidez ingerit: vt subsistentem filiuꝫ ex subsistente deo patre credamus. AVGVSTI. Uidere enim patrem hoc est illi esse filium. Sic ergo demonstrat pater omnia que facit filio: vt a patre videat omnia filius. Uidendo enim natus est: et ab eo est illi videre: a quo est illi esse: et natum esse et permanere.

HYLARIVS. vy. de trinita. Neq̃ autez incircunspectum se celestis sermo egit ne forte diuerse nature significatio sub occasione dicti ambigui subriperet. Demonstrata. n. potius opera patris esse ait domino q̃ ad operationẽ eoꝛuꝫ naturam virtutis adiectam vt demonstratio ipsa natiuitatis esse doceretur: cui per dilectionem patris operum paternoꝛum que per eum effici vellet esset cognata cognitio.

AVGVSTINVS. Sed ecce quem diximus patri coeternum videntem patrem et videndo existentem rursus nobis tempoꝛa nominat. Nam sequitur: Et maioꝛa his demonstrabit ei opera: Si autem demonstrabit. hoc est demonstraturus est: nondum demonstrauit: et tunc filio õmõstratur⁹ ẽ: qñ et istis. Segr̃. n. Ut vos miremini. Et ẽ difficile ẽ videre: qõ tãq̃ tpaliter filio coeterno aliquando mõstret eternus pater omnia sciẽti que sunt apud pr̃ez-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Que sint autẽ illa maiora facile est intelligere ex hoc qđ subditur:Sicut eni pr̄ susci.mor.⁊c̄.Maiora eni opera sũt mortuos suscitare q̄ȝ languidosos sanare.sed qui paulo ante loq̄batur vt deus cepit loqui vt hõ. Demõstrabit eni quasi tpaliter hoi facto i tpe opa maiora.i. resurrectionẽ corporum. Corpora.n.resurgẽt per dispensatiõẽ humanã.sed aie resurgent per substãtiã dei.participatione.n. dei fit aia beata nõ participatione beate aie.Quõ.n.aia que inferior deo est: id quod ipsa inferius est hoc est corpus viuere facit:sic eandeȝ aiaȝ non facit beate viuere nisi q ipsa aia supius est.s.deus. vñ ⁊ pus dictũ est q pr̄ diligit filiũ ⁊ demonstrat ei q̄ ipse facit.Demonstrat eni pater filio vt anime suscitentur:qr p patrem ⁊ filium suscitantur nec possũt viuere nisi earũ vita sit deus:vel nobis pater demonstraturus est nõ illi.propterea subiungit: Ut vos miremini.In quo exposuit qđ voluit dicere.Et maiora his demonstrabit ei opera.Sed quare non dixit Demonstrabit vobis sed filio:quia et nos membra sumus filij ⁊ ipse discit quodãmodo in membris suis quomõ et patitur in nobis. sicut enim dixit: Quod vni ex minimis meis dedistis mihi dedistis.ita si iterrogaretur a nobis:Qñ eris discens cum tu doceas omnia: Respondet:Cum vnus ex minimis meis discit:ego disco.

¶ Sicut eni pater suscitat mortuos ⁊ viuificat: sic ⁊ filius quos vult viuificat. Neqȝ eni pater iudicat quẽq̄ȝ:sed omne iudiciũ dedit filio vt omnes honorificent filium sicut honorificant prẽȝ. Qui non honorificat filiũ: non honorificat patrem qui misit illum.

AVGV.Qr dixerat q maiora his opera pr̄ demõstraturus est filio:que sint maiora prosequitur et dicit:Sicut eni pater suscitat mortuos ⁊ viuificat sic ⁊ filius quos vult viuificat. Plane maiora sunt ista:valde enim plus est vt resurgat mortuus q̄ȝ vt conualescat egrotus.Non autem sic hoc intelligamus vt alios a patre suscitari:alios a filio estimemus:sed eosdem quos pater suscitat ⁊ viuificat:ipsos ⁊ fili⁹ suscitat et viuificat.Et ne quis diceret:Suscitat pater mortuos per filium:ille tãq̄ȝ potens:iste tanq̄ȝ ex aliena potestate.tanq̄ȝ minister facit aliquid.Potestatem filij signauit dicens:Filius quos vult viuificat.Tenete hic non solum potestatem filij verum etiam ⁊ voluntatem.Eadem enim patris ⁊ filij potestas est et voluntas.non enim vult pater aliud q̄ȝ filius:sed sicut illis vna substantia:sic vna voluntas ẽ.

HYLA.vij.de trini.Uelle quidem nature libertas est que ad perfecte virtutis beatitudinem cum arbitrij voluntate in libertate subsistat. AVGV.Sed qui sũt isti mortui quos viuificat pater ⁊ filius:Uult nobis insinuare resurrectionem mortuorum quam omnes expectamus:non illam quam quidam habuerunt vt ceteri crederent:resurrexit enim lazarus moriturus.Cum ergo dixisset: Sicut eniȝ pater suscitat mortuos ⁊ viuificat:ne intelligeremus illam mortuorum resurrectionem quam fecit ad miraculum non ad vitam eternam secutus:ait: Neqȝ eniȝ pater iudicat quẽquam ⁊c̄.vt ostendat quia de illa resurrectione mortuoruȝ dixerat que futura est in iudicio. Uel aliter.de resurrectione animarum dictum est:Sicut pater suscitat mortuos ⁊c̄. De resurrectione autem corporum sic dicit: Neqȝ enim pater iudicat quemquam ⁊c̄. Resurrectio enim animaruȝ fit per substantiam patris et filij:et ideo id simul operantur pater ⁊ filius. Resurrectio vero corporũ fit per dispensatiõẽ humanitatis non parti coeternam. Sȝ vide quomodo verbum christi mentem nostram huc atqȝ illuc ducit vno carnis loco remanere non sinit:vt versando exerceat: exercendo mundet:mundando capaces reddat: capaces factos impleat. Paulo eni ante dicebat q demonstrat pater filio qđ facit:videbaȝ quasi patrem facientem ⁊ filiũ expectantem.modo rursus video filiũ facientem:patreȝ vacantem.

AVGV.primo de trini.Non eniȝ q dicit: Omne iudiciũ dedit filio:s̄m illam locutionẽ dictũ est qua dicit: Sic dedit filio vitã habere in semetipso vt significaret qr sic filiũ genuit.Si.n.sic diceret.nõ vtiqȝ diceret. Pater nõ iudicat quẽq̄ȝ.s̄m hoc.n.q pater equalẽ genuit filiũ iudicat cũ illo.s̄m hoc ergo dictũ ẽ:q i iudicio nõ forma dei sȝ forma filij hois apparebit.nõ qr nõ iudicabit: q dedit omne iudiciũ filio:cuȝ de illo dicat fili⁹:Est qui querat ⁊ iudicet:sȝ ita dictũ est: Pater non iudicat quẽq̄ȝ:ac si diceretur: Patrem nemo videbit in iudicio:sed oẽs filiũ:qr filius hois ẽ:vt possit ⁊ ab impijs videri.cũ ⁊ illi videbunt in quẽ pupugerũt.

HYLA.septimo de tri.Uel alr̄:qr dixerat: Et fili⁹ quos vult viuificat:ne non natiuitatis videret in se habere nãm: sȝ non nate poti⁹ potestatis iure subsistere: ɔtinuo subiecit: Neqȝ.n.pater iudicat quẽq̄ȝ: sȝ oẽ iudiciũ dedit filio.Et in eo q omne iudiciũ datũ est nature:natiuitas demõstrat:qr ⁊ oĩa hr̄e sola natura possit indifferens: neqȝ natiuitas aliquid possit hr̄e nisi datũ sit. CHRY.Sic eni dedit vitã.i. genuit eũ viuentẽ ita dedit iudiciũ.i. genuit eũ iudicẽ.Dedit eni.hic positũ ẽ ne hũc ingenitũ suspiceris neqȝ duos patres estimes.Dicit aũt:Omne iudiciũ:qr dñs est ⁊ puniẽdi ⁊ honorãdi vt voluerit. HYLA.vij.de trini.Datũ est.n. ei oẽ iudiciũ:qr viuificat quos vult:neqȝ adeptũ patris iudiciũ põt videri cũ ipse non iudicet:qr filij iudiciũ ex iudicio est paterno:ab eo enim datum omne iudiciũ est.Sȝ dati iudicij causa non tacita est.Seqtur enim:Ut oẽs honorificent filiũ:sicut honorificant patrem. CHRY.Ne enim audiens qñ patrem habet auctorẽ:dissimilitudinẽ substãtie estimes ⁊ honoris minorationem:complicat honorẽ filij patris honori:eundem ostendens esse honorem patris ⁊ filij:Sed nunqd patrem eum dicemus: absit.q eni patrem cũ dicit:nõ adhuc filiũ vt prẽm honorat sed totũ cõfundit.

AVGV .Et prius quidem filius videbatur vt seruus: pater honorabat vt deus:apparebit fili⁹ equalis patri. Ut omnes honorificent filiũ sicut ho.pa.Sed quid si inueniũtur qui prẽm honorificant ⁊ non honorificant filiũ:nõ põt fieri. vñ seqt.Qui nõ bono.filiũ nõ ho.pa.q misit il. Aliud ẽ.n.cũ tibi cõmẽdat de⁹.qr de⁹ ẽ:⁊ aliud cũ tibi cõmẽdatur de⁹:qr pater est.Cũ tibi cõmẽdat de⁹ creator:tibi cõmẽdatur oipotẽs:spũs qdã sũm⁹:etern⁹: inuisibilis : icõmutabil. Cũ v̇o tibi qr pater ẽ cõmẽdat:nihil tibi aliđ q̄ȝ fili⁹ cõmẽdatur.qr pater dici nõ põt si filiũ nõ habȝ.Sȝ si forte patrẽ qdẽ honorificas tanq̄ȝ maiorẽ:filiũ tanq̄ȝ minorẽ:ibi tollis honorẽ patris vbi minorẽ das filio.Quid eni tibi aliud vr̄ ita sentienti nisi qr pater equalẽ sibi filiũ generare aut noluit aut nõ potuit: Si noluit inuidit.si nõ potuit defecit.Ul' aliter:Quod dr̄:Ut oẽs honorificent filiũ sicut honor ficãt prẽȝ redditũ ẽ resurrectiõi aiarũ quã sic opat fili⁹ sicut pr̄. sed pp resurrectionẽ corpum subdit: Qui nõ honorificat filiũ ñ honorificat prẽȝ q misit illũ.Nõ dixit sic. Honorat eni hõ xp̄s sed non sicut pr̄ deus. Sed dicit aliquis: Missus est filius ⁊ maior est pater:qr misit. Recede a carne:missionem audi.non separationem. Res humane fallũt homines:res diuine purgant:q̄ȝq̄ȝ et ipse res humane dicant contra se testimoniũ:velut siquis vxorẽ velit petere et p se non posset:amicũ maiorẽ mittit qui eam petat.Et tamen attende q̄ȝ sit aliud in rebus humanis.Nunquid eniȝ hõ pergit cum eo quem mittit: pater autem qui misit filium non recessit a filio cum dicat:Non sum solus quia pater mecum ẽ. AVGV.iiij.de trinita.Non autem eo ipso q de patre natus est missus dicitur filius:sed vel eo q apparuit huic mundo: verbum caro factum. vnde dicit: A patre exiui et veni in hunc mundum.Uel eo q ex tempore cuiusq̄ȝ mente percipitur sicut dictũ est:Mitte illam vt mecũ sit ⁊ mecuȝ laboret. HYLA.vij.de trini.Conclusa igitur sunt omnia aduersum heretici furoris ingenia. Filius est: quia a se nil facit.Deus est:qr quecũqȝ pater facit:⁊ ipse eadẽ facit:vnũ sunt:qr exequãtur in honore.Nõ est pater ipse:qr missus ẽ.

¶ Amen amen dico vobis:quia qui verbuȝ meum audit: ⁊ credit ei qui misit me: habet vitam eternam.Et in iudicium non venit: sed transiet a morte in vitam.

GLO.Quia dixerat q fili⁹ quos vult viuificat: cõsequẽter ostendit qualiter p filium perueniatur ad vitam dicens: Amen amen dico vobis:quia qui verbũ meum audit ⁊ credit ei qui misit me:habȝ vitaȝ eternã. AVGV. Quando quidẽ in audiẽdo ⁊ credendo vita eterna est: multo magis in intelligendo.Sed gradus pietatis est fides:fidei fructus intellectus. Et non dixit: mihi: Sed credit ei qui misit me. Quare verbũ audit tuũ:⁊ credit alteri.quid voluit dicere: nisi quia verbũ eius est in me.Et quid est.audit verbuȝ meum:non audit me.Credit autẽ ei qui misit me: qa cũ illi credit verbo ei⁹ credit:mihi credit:quia verbũ patris ego suȝ. CHRY.Uel non dixit:Qui audit sermones meos ⁊ credit mihi:estimassent.n.hoc eẽ tumorẽ ⁊ gloriationẽ verborũ supfluã.Dicẽs aũt:Credit ei qui misit me: susceptibilem faciebat suũ sermonẽ.Ex duobus.n.suũ sermonẽ susceptibilẽ facit:⁊ in hoc q pr̄i creditur ab eo q ipsum audit:⁊ in hoc q multis bonis potietur.vnde sequit: Et in iudiciũ non venit. AVGV.Sed quis ẽ hic: Erit quisq̄ȝ paulo aplo melior q ait:Oȝ nos exhiberi oẽs ante tribunal xp̄i.Aliquãdo ergo iudiciũ pena dicit:aliqñ iudiciũ discretio.dr̄.Ergo s̄m iudicium discretiõis oȝ nos oẽs exhiberi ante tribunal xp̄i. Secundũ iudiciũ damnatiõis hic dr̄. In iudiciũ nõ veniet idest nõ veniet i damnationẽ.Seqtur: Sed trãsit a morte i vitã.Nõ nũc trãsit:sed iam trãsijt a morte infidelitatis ad vitã fidei:a morte iniqtatis ad vitã iusticie. Ul' alr̄. Ne putares credẽdo te non moriturum s̄m carnẽ: scias te morteȝ quã debes supplicio adã psolutuꝝ. Accepit.n.ille i quo tũc oẽs fuim⁹. morte morieris. Nec potes euadere diuã sniaȝ. Sed cũ psolueris mortẽ veteris hois:suscipies vitaȝ noui hois:⁊ trãsitũ facies de morte ad vitã.Ad quã vitã: ad eternã. Resurrecturi.n.in fine seculi mortui in vitã eternã trãsibunt.vita.n.ista nec vita noianda est:quia nõ est vera vita:nisi que est eterna. AVGV.de ver.do. Uidemus aũt homines amatores pñtis vite tpalis ac finiende:sic pro illa laborare:vt qñ veniat mortis metus:qcquid pñt faciãt nõ vt auferant:sed vt differant mortem. Si ergo tanto labore:tanta cura agitur vt aliquãtulũ plus viuatur: quõ agendum est vt semper viuat: Etsi prudẽtes dicunt: qui omnibus modis agunt:vt differant mortem ⁊ viuant paucos dies:q̄ȝ stulti sunt qui sic viuunt vt perdant eternum diem:

¶ Amen amen dico vobis:qr venit hora ⁊ nunc est qñ mortui audiẽt vocẽ filij dei: ⁊ q audierint viuent. Sicut.n.pater habet vitaȝ in semetipso sic dedit ⁊ filio habere vitam in semetipso.

AVGV. Posset aliquis dicere: Ex patre aliquis viuificatur cui credit:qđ tu nõ viuificas: vide quia ⁊ filius quos vult viuificat.vnde dicit: Amen amen dico vobis:quia venit hora ⁊ nunc est quãdo mortui audient vocem filij dei ⁊ qui audierint viuent. CHRY.Cum autem dicat: Uenit hora ne forte longum suspiceris tempus addidit: Et nunc est.Sicut enim in resurrectione futura vocẽ audientes precipiẽtem suscitabimur:ita ⁊ tũc fuit. THEOPHI. Hoc enim dixit pro his quos a mortuis suscitaturus fuit.s. filia archisynagogi: filio vidue:⁊ laçaro. AVGV.Uel aliter: Ne forte qr dixit:Transit de morte ad vitã: intelligamus hoc in futura resurrectione:ostendere volens quõ trãsit q credit:subiungit: Amen amen dico vobis:quia venit hora. que hora: Et nunc est:quãdo mortui audient vocẽ filij dei. ⁊ qui audierint viuent.Non inquit:quia viuunt audiũt:sed audiendo reuiuiscũt.Quid est enim:audient: nisi obediẽt. Qui enim credunt ⁊ s̄m veram fidem agunt:viuunt ⁊ mortui non sunt.Qui autem vel non credunt vel credunt male viuentes:⁊ charitatẽ non hñtes:mortui poti⁹ deputãdi sũt: ⁊ tamen adhuc agitur hora ista ⁊ vsqȝ ad finem seculi ipsa hora vna agit:vt ioãnes dic̄: Nouissima hora ẽ. AVGV. de ver.do.Qñ mortui idest infideles audient vocẽ filij dei: idest euangeliũ.Et qui audierint.i.q obedierit viuent.i.iustificabuntur:⁊ infideles iam non erunt. AVGV.super ioannem.Sed queret aliquis: Habet filius vitam vnde viuant credentes: Audi ipsum dicentem: Sicut enim habet pater vitam in semetipso:sic dedit ⁊ filio habere vitam i semetipso. Uiuere quippe suum in illo est:non aliunde:non alienum est:non quasi particeps sit vite:que non est qđ ipe. sed habet vitam in semetipso:vt ipsa vita sibi sit ipse. Quid tu: anima mortua eras.Audi patrem per filium:Surge vt in eo recipias vitã quam non habes in te.Qui habet vitam in semetipso.⁊ sic agitur prima resurrectio. Hec enim vita q pater ⁊ filius est:ad animam pertinet.Non enim vitam illam sapiẽtie sentit corpus:sed mens ratiõalis. HYLA. in lib.de synodis.Conclusi quidem heretici scripturarum auctoritatibus:hoc solum tribuere solent filio: vt patri tñ virtute similis sit. tollunt autem ei similitudinem nature non intelligentes non nisi ex nature similitudine similitudinem esse virtutis.neqȝ enim aliquando inferior natura superioris a se potiorisqȝ nature virtutem consequitur. Nõ autem potest negari quin filius dei idem possit cuȝ dixerit. Quecunqȝ pater facit eadem ⁊ filius facit similiter. sed similitudini virtutis nature similitudo succedit cum dixit: Sicut habet pater vitam in semetipso:ita ⁊ filio dedit habere vitam in semetipso.In vita nature ⁊ essentie significatio est:que sicut habetur:ita data esse docetur ad habendũ. Qr enim in vtroqȝ vita est:id i vtroqȝ significatur essentia ⁊ vita que gignitur ex vita.idest essentia que de essentia nascitur:dum non dissimilis nascitur.s. quia vita ex vita est: tenet in se originis sue indissimilem naturam. AVGV. xv.de trini.Intelligitur autem pater non sine vita existenti iam filio vitam dedisse:sed ita euȝ sine tempore genuisse: vt vita quã pater filio gignẽdo dedit coeterna sit vite eius qui dedit. HYLA.vij.de trini. Quod eniȝ ex viuo viuũ natum est:habet natiuitatis perfectionem sine nouitate nature.non enim nouum est quod ex viuo generatur in viuũ: quia nec ex nihilo ad natiuitateȝ vita quesita est.⁊ vita que natiuitatem sumit ex vita:necesse est per nature vnitatem ⁊ perfecte natiuitatis sacramentũ vt in viuente viuat et in se habeat vitam viuentem.Et quidem nature humane infirmitas ex disparibus comparatur:⁊ ex inanimatis continetur ad vitã:nec statim in ea quod gignitur viuit:neqȝ totum viuit ex vita:cum in ea multa sint que sine nature sensu cũ excreuerint desiccẽtur.In deo vero totuȝ quod est viuit.Deus eniȝ vita ẽ ⁊ ex vita non põt quicq̄ȝ esse nisi viuũ.

AVGV.Ergo quod dr̄:Dedit filio:tale ẽ ac si diceretur: Genuit filiũ.generando eni dedit.Quõ dedit vt esset: sic dedit vt vita esset in semetipso:vt non aliunde vita indigeret: sed ipse esset plenitudo vite: vnde credentes alij viuerent dum viuerent. Quid interest: quia ille dedit: iste accepit. CHRY.Uides indissimilitudinem in vno solo differentiam ostendentem in essendo: hunc quidem patrem:illum vero filium. HYLA.de syno. Discernitur enim persona accipientis et dantis. Non enim potest intelligi ipse atque vnus a se accepisse qui dederit; quia alius est ibi viuens.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

alius profitens se viuere per anctorem.

¶ Et potestatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis est. Nolite mirari hoc quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem filij dei: ⁊ procedent qui bona fecerant in resurrectionē vite: qui vero mala egerūt in resurrectionem iudicij.

THEO. Nō solū pr̄ ḋdit filio q̄ viuificet: sed ēt q̄ iudicium faciat. vnde dicit: Et ptātem dedit ei iudicium facere. CHRY. Cuius aūt gratia circa hoc continue vertit̄: iudiciū dico ⁊ resurrectionē et vitā qm̄ hec maxime oium sūt q̄ itroducere pn̄t ⁊ iflexibilē facere auditorē. Qui.n. psuasus ē qm̄ resurget ⁊ filio dabit noxas eorū que deliqt. etsi nihil aliḋ viderit signū hoc suscipiens curret benignū sibi iudicē faciēs: Seqt̄ Q2 fili⁹ hois ē: nolite mirari hoc. Paulus qdē samosetanus nō ita ait: sed sic: Dedit ei ptātem iudiciuz facere: q2 fili⁹ hois ē. sed nullā cōueniētiā hz hoc dcm̄ ita. Nō .n. ppterea suscepit iudiciū q2 hō ē: q2 qs phibet oēs hoies eē iudices: sed quia ineffabilis ḋi fili⁹ ē: ppterea et iudex ē. Ita igit̄ legendū: Quia fili⁹ hois ē: nolite mirari hoc. q2 eniz videbat̄ audientibus obstare his q̄ dicebatur qm̄ nihil plus estimabant eē christū q̄ purū hoiem. q̄ vo dicebantur erant maiora q̄ ſm hoiem et ēt q̄ ſm āgelū et erāt solius ḋi. ideo hāc opinionē soluens dixit: Ne miremini q2 filius hois est. ⁊ subdit cām q̄re non sit mirandū dicēs: Quia venit hora in qua omnes qui in monumētis sunt audient vocē filij dei. Et cuius gratia non dixit. Ne miremini q2 filins hois est: ⁊ enim ⁊ ipse filius dei est. si resurrectionem posuit: quia scz opus dicens qḋ dei proprium erat: dat audientib⁹ ex eo syllogiçare de reliquo quoniam deus erat et dei filius. Eteniz qui argumenta cōplicant: cū partes ponētes nobiliter ḋmōstrauerint: quod queritur multotiens non inducunt ipi conclusionem: sed clariorem facientes victoriam dimittunt illi qui contradicit. vt pro eis sententiam ferat. Igitur eius quidē que ſm lazarum resurrectionis supra reminiscens de iudicio tacuit: non enim propter iudicium surrexit lazarus. Uniuersalē vero resurrectionem inducens iudiciū posuit. vnde sequitur: Et procedent qui bona fecerunt i resurrectionem vite: qui vero mala egerūt in resuetectionē iudicij. Q2 eni supra dixerat: Qui audit ſmonē meū ⁊ credit ei q misit me: in iudiciū non venit. vt non estimet quis q̄ credere sufficit ad salutem. Adiecit h̄ ⁊ de vita dū dicit: Et q bona egerunt ⁊ qui mala egerunt. AVGV. Uel aliter: Inquantuz erat v̄bū i principio apud deū dedit ei vitam hr̄e in semetipso: sed q2 verbū caro factū ē ex virgīe maria homo factus filius hois est. Et quia filius hominis est accepit ptātē iudicium facere quod. s. erit in fine seculi. Et ibi erit resurrectio corporum mortuorum. Animas ergo suscitat deus per christum filium dei: corpora suscitat per eundez filiū hois. vnde additur: Quia filius hois est. Naz ſm q̄ dei filius est semp habuit. AVGV. de ver. do. Ad iudiciū eni forma hominis ventura ē: forma illa iudicabit que indicata est. sedebit iudex qui stabat sub iudice. Damnabit veros reos qui fact⁹ est falso reus. Rectū enim erat vt iudicandi viderent iudicem. iudicandi autem erant boni ⁊ mali: restabat vt in iudicio forma serui ⁊ bonis ⁊ malis ostenderetur. forma dei solis bonis seruaretur. Beati enim mundo corde qm̄ ipsi deum videbūt. AVGV. super Jo. Omnes aūt q istituerūt alicuius esse false religionis sectā: negare resurrectionē mētiū non potuerunt. sed multi carnis resurrectionem negauerūt: ⁊ nisi tu domine iesu dixeris eam: quid opponemus contradictoribus: Ad ipsam igitur ostendēdā subdit: Nolite mirari hoc. s. q̄ dedit potestatem filio hominis iudicium faciēdi: quia venit hora. AVGV. ḋ verbis domini. Hic nō addit: Et nunc est quia ista hora in fine seculi erit: Nolite inq̄ mirari q2 dixi: Oportet homines ab hoīe iudicari. sed quos homines: non solū quos iueniet viuos. vn̄ sequit̄. Quia venit hora in qua oēs qui in monumentis sunt. AVGV. super Jo. Quid euidentius corpora sunt in monumentis non anime. Superius etiā cū diceret: Uenit hora. ⁊ adderet: Et nūc est. subiecit. qm̄ mortui audiēt vocē filij dei. Nō dixit: Omnes mortui. mortuos. n. iniquos voluit intelligi: sed nō oēs iniqui obediunt euangelio. At vero in fine oēs qui sunt in monumentis audient vocem eius. ⁊ procedent: noluit dicere: Et viuent. qḋ supra dixit: vbi vitā eternam itelligi voluit ⁊ beatā: quā non oēs habebunt qui de monumētis procedent. Accepisti certe potestatē iudicandi: quia filius hois es. Resurgent corpa de ipso iudicio. dic aliquid: ⁊ hoc audite. Qui bona fecerunt in resurrectionem vite viuere. s. cum angelis dei. Qui male egerunt: in resurrectionem iudicij. Hic iudicium pro pena posuit.

¶ Non possum ego a meipso facere quicq̄: sed sicut audio iudico: ⁊ iudicium meum iustuz est: quia non quero voluntatem meam: sed voluntatem eius qui misit me patris.

AVGV. Dicturi eramus x̄po: Tu iudicabis: ⁊ pr̄ non iudicabit: nōne ergo ſm patrem iudicabis: Et iō adiecit: Nō possum ego a me facere quicq̄. CHRY. Hoc ē: nō extraneuz neqz dissimile his que vult pater a me fieri videbitis: sed sicut audio iudico. In quo nihil aliḋ oñdit q̄ qm̄ impossibile est eū aliqd aliḋ velle q̄ qḋ pr̄ vult. hoc est ita iudico ac si ipse pater eēt q iudicaret. AVGV. Cū ageret̄ de resurrectione aīarū nō dicebat: audio sed video. audio. n. nūc dicit tanq̄ precipiētis patris imperiū. Iā ergo sicut hō loqtur quo maior est pater. AVGV. in ser. contra arrianos. Uel aliter dicit filius: Sicut audio iudico: siue ex humana subiectione: quia filius hominis est: siue ſm illā incōmutabilē simplicemqz naturā que sic est filij: vt tamē ei de patre sit. In qua natura nō est aliud audire: aliud videre: aliḋ esse. Uñ ab illo est ei audire ⁊ videre a quo illi est ipsuz esse: ⁊ ideo sicut audit iudicat: quia sicut genitum est verbuz: vt idem verbum sit veritas: ita ſm veritatem iudicat. Seqtur: Et iudicium meum iustum est quia non quero voluntatem meam: sed voluntatez eius qui misit me patris. hoc. n. dicens ad illum hominem voluit referre intentionem nostram: qui voluntatem suam querēdo: nō eius a quo factus est: non habuit iustum iudicium de seipso. sed iustum iudicium habitum est de ipso. Ipse quippe faciens voluntatez suam: non dei: moriturum se esse non credit: sed ⁊ hoc iudiciū eius iustum non fuit. Deniqz fecit ⁊ mortuus est: quia iudicium dei iustum est: quod iudicium facit dei filius: nō querendo voluntatem suam: cum sit etiam hominis filius: nō quia ipsius in iudicando nulla voluntas est: sed quia nō ita est voluntas eius propria vt sit a voluntate patris aliena.

AVGV. super ioan. Non ergo quero voluntatem meaz propriam. i. filij hominis que resistat deo. faciūt enim homines voluntatem suam non dei quando faciunt qḋ volunt: non quod iubet deus. Qñ aūt ita faciūt: qḋ volūt: vt tamen sequant̄ volūtatem dei: nō faciunt voluntatē suā. Uel ideo dicit filius: Nō quero voluntatē meam: q2 christus non est de se: sed de patre suo est. CHRY. Ostendit. n. non aliam esse patris voluntatem preter suam: sed vnam vtriusqz. Si vero humanius hoc loquitur: Ne mireris. Hominem. n. purum adhuc eum estimabant. Inde igitur suum iudicium iustum esse dixit. vnde quilibet alius excusans dixisset. qui. n. suā vult statuere: in suspitionem deueniet de corruptiōe iusticie. qui vero non suis innitit̄ quā occasionē hēbit vt iniusta iudicet: AVGV. Fili⁹ vnic⁹ dic̄ nō quero volūtatem meā: ⁊ homines volūt facere voluntatē suā. Faciam⁹ ergo volūtatē patris: christi ⁊ spiritussancti: quia horum vna voluntas: vna potestas: vna maiestas est.

¶ Si ego testimoniū perhibeo de meipso: testimonium meum nō ē vex. Alius est qui testimoniū phibet de me: ⁊ scio quia verū est testimonium eius qḋ phibet de me. Uos misistis ad ioannem: ⁊ testimoniuz perhibuit veritati. Ego aūt nō ab homine testimoniū accipio: sz hec dico vt vos salui sitis. Ille erat lucerna ardens ⁊ lucēs. Uos aūt noluistis ad horaz exultare in luce ei⁹. Ego aūt habeo testimoniū maius ioanne. O pa eniz que dedit mihi pater vt perficiā ea: ipsa opera que ego facio testimoniū phibēt de me: quia pater misit me. Et q misit me pater: ipse testimonium perhibuit de me. Neqz vocē eius vnq̄ audistis: neqz speciē eius vidistis. Et verbū ei⁹ nō habetis in vobis manēs: quia quē misit ille: huic vos non creditis. Scrutamini scripturas: quia putatis in ipsis vitā eternaz habere. Et ille sunt que testimoniuz perhibent de me: ⁊ non vultis venire ad me vt vitam habeatis.

CHRY. Q2 christus magna de se enunciauerat: quoruz demonstratio non erat dicta ad cōfirmationē eox que dcā sunt: oppositionem eox inducit dicens: Si ego testimoniū perhibeo de me: testimoniū meum non est verum. Quis āt nō statiz turbabit̄. christū audiēs hoc dicentē: Eteniz i multis locis apparet sibipsi testatus. Si igit̄ oia hec falsa sunt que nobis erit spes salutis: Uñ veritatē iueniemus: cū ipsa veritas dicat: Testimoniū meū nō ē vex: Hoc igit̄ qḋ dicit: Nō ē vex: nō quātū ad dignitatē suā: sz quātum ad illox suspitionē loquebatur. Poterant. n. ei iudei subinferre: qm̄ tibi nō credim⁹. Nullus. n. vnq̄ sibi testans dignus est fide. Deinde post oppositionē alias dat respōsiones manifestas ⁊ irrefragabiles: tres inducēs testes eorū que dcā sunt: opa que ab ipso sunt facta: patris testimoniū ⁊ ioānis predicationem: ⁊ ponit priorē minorē: eā. s. que ioannis. vñ dicit. Alius est qui testimoniū phibet de me: ⁊ scio qm̄ vex ē testimonium eius quod perhi. de me. AVGV. Nouerat enim ipse verum esse de se testimoniū suū: sed propter infirmos ⁊ propter incredulos querebat sol lucernas: fulgorē quippe solis lippitudo eox ferre nō poterat: ideo quesitus ē ioānes qui testimoniū phiberet veritati. Martyres nonne testes sunt x̄pi: vt testimoniū perhibeant veritati: Sed si diligētius inspicimus: quādo martyres phibent illi testimoniū: ipse sibi perhibet testimoniū. Ipse. n. habitat in martyribus: vt perhibeant testimoniū veritati. ALCVI. Uel aliter: qa x̄ps deus erat ⁊ homo: vtriusqz nature pprietatē oñdit: aliquando loquēs ſm hoc qḋ ex hoīb⁹ assumpsit: aliqñ ſm maiestatē diuinitatis. Quod ergo ait: Si ego testimoniū phi. ⁊c. ex parte humanitatis ē accipiēdū. ⁊ ē sensus: Si ego hō de me phibeo testimoniū. s. absqz deo testimoniū meum non est verum. vnde sequitur. Alius est qui testimonium perhibet de me. Pater enim testimonium perhibet de christo: quia in baptismo vox pr̄is audita ē: ⁊ in mōte trāsfigurato x̄po. Seqtur: Et scio q2 vex ē testimoniū ei⁹. Deus. n. veritas ē: ergo testiōniū veritatis qd aliḋ pōt eē q̄ vex: CHRY. Sed ſm priorē intellectū possent illi dicere: Si nō est verū testimonium tuuz: quomodo dicis quoniam noui q̄ verū ē testimoniū ioannis. vnde ad eox suspitionem respondet dicens: Uos misistis ad ioannē ⁊ testimo. perhi. veritati. q. d. Non misissetis ad ioannem si eum dignū fide non opinaremini. Et quod vtiqz maius ē: non miserunt ad eum interrogandū de christo sed de seipso. Qui eni missi sunt non dixerunt: Quid dicis de christo: sed tu quis es. quid dices de teipso: ita magnā ḋ homīe admirationē hēbāt. ALCVI. Ille autez testimoniū perhibuit: non sibi sed veritati: sicut amicus veritatis veritati christo testimoniū phibuit. Non aūt dñs refellit testimoniū ioannis quod vere necessariuz fuit: sed ostendit non ita debere homines in ioannem intendere: vt iā non putēt solum christum sibi esse necessariū. vñ subdit: Ego aūt nō ab ho. testi. acci. BEDA. Q2 non indigeo. Joannes aūt ⁊ si testimonium perhibuit: non tñ vt christ⁹ cresceret: sed vt homines ad ipsi⁹ cognitionē. pmoueret.

CHRY. Testimonium etiā ioannis dei testimoniū erat ab illo eniz discens dixit qḋ dixit. Sz ne dicant: vnde manifestū ē q̄ a deo didicit qḋ didicit: eorū suspitionē corrext dicens: Sed hoc dico vt vos salui sitis. quasi diceret: Ego quidē de⁹ existens non indigebam huiusmodi testimonio humano: q2 vero ei magis attenditis ⁊ eum magis omnib⁹ fide dignū putatis: mihi aūt neq̄ miracula faciēti credidistis: propter hoc vobis cmemoro testimoniū illius. vt. n. non dicant: Quid igit̄ si ille dixit: Nos āt n̄ suscepim⁹. ostēdit quoniā nō acceptauerūt que ab eo dicta sūt. vnde seqt̄: Ille erat lucerna ardēs ⁊ lu. vos āt no. ad ho. exul. in lu. ei⁹. Hoc aūt quod dicit: Ad horā: facilitatē credendi ostendit: ⁊ quācito ab eo resilierunt: quod si nō fecissent: cito eos ad iesum manuduxisset. vocādo autem eū lucernam: ostendit quoniā nō ex se habebat lumem: sed a spiritussancti gratia.

ALCVI. Joannes eni erat lucerna illuminat⁹ a christo luce: ardens fide ⁊ dilectione: lucēs verbo ⁊ actione: qui premissus est vt inimicos christi confunderet: ſm illḋ: Paraui lucernam christo meo: inimicos eius induam confusione.

CHRY. Ad ioannē igit̄ vos duco nō quasi illus idigens testimonio: sed vt vos saluēini. nā habeo mai⁹ testimoniū: ioanne. ⁊ hoc est quod sequitur: Ego aūt habeo testimoniū maius ioāne. hoc aūt est quod ē ab operib⁹. vnde sequitur: Opera. n. que ḋdit mihi pater vt perficiā ea: ipsa opera que ego fa. testi. perhi. de me q2 misit me pater. ALCV. Q2 enim cecos illumiat: aures apperit: ora mutorū resoluit: demonia fugat: mortuos suscitat: opera hec testimonium perhibent de christo. HILA. vij. de tr nita. Unigenitus eni de⁹ nō nomis testimonio tm̄: sz etiā virtutis docz eē se filiū. opera. n. eius que facit testantur euz a patre missum. Itaqz filij obedientia ⁊ paterna auctoritas docentur in misso. Sz q2 opera nō sufficiūt incredibilib⁹ ad testimoniū. Seqtur: Et qui misit me pater: ipse testimoniū perhibet de me. Reuoluite euangelica volumina ⁊ oē eorū opus recensete: nullum aliud patris de filio testimoniū extat in libris q̄ q̄ hic sit filius suus. Quid infertur hodie calūnie vt adoptio nominis sit: vt mendax deus sit vt noīa inania sint: BEDA. Missio autem incarnatio eius debet intelligi. Deniqz ostendit q̄ deus incorporeus sit: ⁊ q̄ corporalibus ⁊ visibilibus oculis videri non possit. vñ sequitur: Neqz vo. eius vn. au. neqz speciem eius vidi. ALCVI. Possent. n. iudei dicere: Nos soliti sumus vocem domini audire in syna: ⁊ euz vidimus in specie ignis. Si ergo deus phiberet testimoniū de te: nos intelligeremus vocem domini. Contra hoc dicit Ego habeo testimonium a patre: q̄uis non intelligatis: q2 vos nunq̄ audistis vocem eius: neq̄ speciem eius vidistis.

CHRY. Quomō ergo moyses dicit: Si facta est aliquando huiusmodi res vt audiret populus vocez dei loquentis de medio ignis: sicut tu audisti ⁊ vidisti: vidisse etiam eum dicuntur Isaias ⁊ alij plures. Quid ergo est quod nunc ait christus: In philosophicuz eos iducit dogma: paulati ostendens quoniam neq̄ vox circa deum est: neq̄ species: sed superior ⁊ figuris est ⁊ loquelis talibus. Sicut enim dixit neq̄ vocem eius audistis. Propter hoc non indicat q̄ vocez

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

emittat:sed nõ audibilẽ ita dicẽs. Neqȝ spẽȝ ei⁹ vidistis non
hoc dicit: ꝙ speciẽȝ sensibilẽ habeat ꝛ visibilẽ: sed qm̃ nihil
hoꝝ ẽ circa deũ. ALCVI. Non.n.carnalibus auribus:sȝ
spiritali intelligentia per gratiam spiritussancti audiri põt.
Non ergo vocẽ spiritalẽ audierãt: qm̃ eum amare ꝛ pceptis
eius obedire nolebant. neqȝ speciẽ eius viderũt: qꝛ nõ exte
rioribus oculis videri põt sed fide ꝛ dilectione. CHRY.
Sȝ neqȝ possibile erat eis dicere: ꝙ precepta ei⁹ suscepissent
ꝛ seruarent: ideoqȝ subiungit: Et v̓bũ eius nõ hẽtis ĩ vobis
manẽs.i. precepta dei legẽ ꝛ pphetas: ꝛ si enim ea deus cõ
stituit: sed apud vos nõ sũt. si enĩ scripture vbiqȝ docẽt vt
mihi credatis: vos aũt nõ creditis: manifestũ est ꝙ s̄mo ei⁹
deficit a vobis. Et ppter hoc subdit: Quia quem misit ille:
huic vos nõ creditis. ALCVI. Uel aliter: Uerbũ quod ĩ
pricipio erat: non hñt in se manens: qui verbum dei quod
audiunt ꝛ memoria tenere ꝛ opere implere contemnunt.
dixerat igit̃ se habere testimoniũ a ioanne: ab operibus: a
patre: addit ꝛ testimoniũ a lege: que data ẽ p moysen dicẽs.
Scrutamini scripturas ĩ quib⁹ putatis vitã eternã habere:
ꝛ ille sunt que testimonium phibent de me.q.d. Uos qui in
scripturis putatis vitã eternã hr̃e: ꝛ me quasi cõtrarium
moysi repudiatis: testimonio ipsi⁹ moysi me esse deũ itelli
gere potestis: si ip̃as scripturas diligẽter iuestigatis. Ois.n.
scriptura testimoniuȝ phibet de christo: siue p figuras: siue
p pphetas: siue per angelorum mysteria. Sed his iudei de
xp̃o non credderunt: ꝛ ideo vitã eternã habere nõ possunt.
vñ seq̃t: Et ñ vul.ve.ad me vt.vi.ha.q.d. Scripture phibẽt
testimoniũ. Et tñ p tot testimonia ñ vultis venire ad me.i.ñ
vultis mihi credere ꝛ a me querere verã salutẽ. CHRY.
Uel aliter põt ↄtiuari: Possent illi dicere. Qualiter si vocẽ
ei⁹ nõ audiuim⁹: deus tibi testat⁹ ẽ: ꝛ iõ dicit: Scrutamini
scripturas: oñdens ꝙ p has testat⁹ est deus de eo. etenim in
iordane testatus ẽ ꝛ ĩ mõte: Sȝ vocẽ quidẽ factã in mõte
nõ audierunt: factã aũt ĩ iordane audierũt: sȝ nõ attẽderũt.
Propterea mittit eos ad scripturas: ostendens qm̃ ꝛ pa
tris testimõiuȝ illic ẽ. Nõ ãt ad lectõeȝ simplicẽ scripturaꝝ:
sȝ ad scrutationẽ exquisitã eos mittebat. qꝛ ea que ð eo dice
bant̃ in scripturis: desup obumbrabant̃. neqȝ ĩ supficie ex
primebant̃: sed velut quidã thesaurus recondebant̃. Non
dicit aũt: qb⁹ hẽtis vitã eternã: sed in quibus estimatis vos
hr̃e: oñdens qm̃ non capiebãt magnũ fructũ ꝛ nobilẽ ex scri
pturis sola lectiõe estimãtes se saluari cũ fide eẽnt priuati.
Propter qð subdit. Et nõ vultis ve.ad me. qꝛ ei credere no
lebãt. BEDA. Qꝛ ãt venire p credere ponat̃ psalmista
oñdit dicẽs. Accedite ad eũ ꝛ illuminamini. Subdit ãt: Ut
vitã hẽatis. Si.n.aĩa que peccat morit̃: ꝛ ipi aĩa ꝛ mẽte mor
tui erãt. Promittebat g̃ illis vitã aĩe vel felicitatis eterne.

¶ Claritatẽ ab hoibus non accipio: sed cognoui
vos: quia dilectionẽ dei non habetis in vobis.
ego veni in nomine patris mei: ꝛ non accepistis
me. Si alius venerit in nomine suo: illum acci
pietis. Quõ vos potestis credere q gloriã ab in
uicẽ accipitis: ꝛ gloriã q̃ a solo deo ẽ nõ queritis?
Nolite putare quia ego accusaturus sum vos
apð patrẽ. Est q accusat vos moyses ĩ quo vos
spatis. Si.n.crederetis moysi crederetis forsitã
ꝛ mihi. De me.n.ille scripsit: Si aũt illius litte
ris nõ creditis: quomodo verbis meis credetis?

CHRY. Quia dñs supra meminit ꝛ ioannis ꝛ testimo
nij dei: ꝛ operum suoꝝ vt eos ad seipȝ attraheret: pbabile
erat multos suspicari ꝙ hec diceret: gl'iaȝ hoium amantis
ꝛ ideo contra hoc dicit: Claritateȝ ab hoĩe nõ accipio: hoc ẽ
non indigeo. Non enim est mea natura talis: vt indigeat
que ab hominibus est gloria. Si.n.sol a lucerne lumine nõ
recipit adiectionẽ: multomagis ego humana gloria nõ indi
geo. ALCVI. Uel claritatẽ ab hoibus non accipio.i.lau
dẽ humanã nõ quero. nõ.n. veni vt honorẽ ab hoibus acci
perẽ carnalẽ: sed honorem hoibus darem spiritualem. Nõ
ergo ideo hoc loquor: vt gloriam meã queraȝ sed condoleo
vobis errantibus: ꝛ volo vos reducere ad viã veritatis. vñ
dicit: Sed cognoui vos: qꝛ dilectionẽ dei non habetis in vo
bis. CHRY.q.d. Ideo hoc dixi: vt conuincam: vos quo
niam ppter amorẽ dei me nõ psequimini. Etenĩ ipse testatur
mihi ꝛ per opera ꝛ p scripturas. Oportebat igitur vt sicut
me abijciebatis existimãtes esse deo contrarium: ita nũc ad
me veniretis: si deũ amaretis: sed non amatis. Non autẽ ab
his solũ sed etiam a futuris h oñdit dicẽs. Ego veni in noie
patris mei ꝛ non accipitis me. Si ali⁹ ve.in no. suo illũ acci
pietis: Ideo dicit se in noĩe patris venisse vt oẽm abscidat
occasionẽ indeuotionis. ALCVI. Ac si dicat ideo veni ĩ
mundũ vt per me glorificetur nomen patris: qꝛ patri oĩa at
tribuo. Dilectionẽ ergo dei non habebãt qꝛ nolebãt eũ reci
pere q p̃ris venerat facere voluntatẽ. Antichristus auteȝ ve
niet in nomine nõ p̃ris sed suo: vt nõ gloriã p̃ris sed suaȝ que
rat. Quia enĩ iudei noluerũt recipere xp̃m pena peccati hu
ius cõgruet vt recipiãt antichristũ: vt q noluẽt credere veri
tati credant mendacio. AVGV. de verbis do. Sed audi
amus ꝛ ioannem: Audistis qꝛ antichristus venit ꝛ nunc an
tichristi multi facti sunt. Quid auteȝ expauescis in antichri
sto nisi qꝛ nomen suum honoraturus est: ꝛ nomen domini
contempturus? Quid aliud facit qui dicit: Ego iustifico: nisi
boni fuerimus pistis? Ergo vita mea ex te pendebit: ꝛ salus
mea ex te religabitur: ita ne oblitus sim fundamẽtũ meum
nonne petra erat christus? CHRY. Sic igitur irrefraga
bilẽ indeuotionis eorum ponit demõstrationem.q.d. Si vt
amantes deum me persequeremini: multomagis ĩ antichri
